




eca Valenciana (Generalitat Valenciana)



**OFFICIA PROPRIA  
SANCTORUM  
VALENTINÆ DIOCESIS,  
EX APOSTOLICA CONCESSIONE,  
ET AUCTORITATE  
SUMMORUM PONTIFICUM,**

Ad formam Breviarii Romani redacta.

**PARS HIEMALIS.**



**VALENTINÆ.**

Ex Typographia **BENEDICTI MONFORT.** Sumpt.  
Almæ Ecclesiæ Metropolitanæ, ann. 1794.  
Superiorum permisso.



JOANNES  
RIBERA,  
PATERARCHA ANTIOCHENUS,  
ET ARCHIEPISCOPUS VALENTINUS.

Omnibus suæ Diœcesis horarias preces ex munere recitantibus : Salutem in Domino.

Officia tanto tempore in hac nostra Diœcesi desiderata , vobis tandem tradimus ut & vestris votis sit pro munere nostro prospectum ; & Sancti , qui nostri apud Deum præcipui sunt Patroni , appositis , ut potuimus , laudibus , in Ecclesiis nostris celebrentur. Beati Vincentii martyris , & beati Vincentii Ferrarii Officiis addimus Sanguinis Christi , & Angeli Custodis Officia. Cùm enim multis jam abhinc annis in hujus Diœcesis Ecclesiis de his Festis solemniter agi solitum esset , equum esse censuimus , propria hæc illorum Officia à nobis dari , quæ & tam insignibus Festis utcumque responderent , & animos nostros ad meditationem tantorum mysteriorum

inflammarent. Quæ omnia auctoritate Aposto-  
lica , concessione felicis recordationis Grego-  
rii XIII. Pontificis Maximi approbata , ad nos  
jam antea missa fuerant. Hæc enim sunt , quæ  
in approbatione h̄ic in fine posita dicuntur  
*superiori libello* esse contenta. Nunc vero pau-  
ca , quæ prioribus adjienda duximus , una  
cum quatuor prædictorum Officiorum Missis  
beatissimi D. N. Sixti V. Pontific. Maximi  
auctoritate nobis donata sunt : ne quid ad ho-  
rum Festorum celebrationem nobis deesse pos-  
set. Vestrum erit , sedulo diligenterque cu-  
rare , ut in precibus dicendis mens verba di-  
rigat , ut scilicet ipsi voci pius semper adsit  
mentis affectus , & orantes ore , cælestia sem-  
per meditemini : qua ratione verè benedicat  
anima nostra Domino , & omnia quæ intra-  
nos sunt nomini sancto ejus. Sic fiet , ut &  
fructum multum ex precibus reportetis : &  
rectam muneric vestri rationem , cum eam à vo-  
bis Deus exposcat , illi reddatis. Valentiæ Nonis  
Novembris 1587.

TYPO-

SP

# TYPOGRAPHUS

## LECTORI

Officia Sanctorum Apostolica auctoritate Almæ Metropolitanæ Valentinæ Ecclesiæ concessa , maxima quidem solertia ac vigilanti cura multoties majoribus typis in lucem elaborata prodierunt; cùm alia quoque editio in octavo (ut vocant) ea aviditate expeteretur , quò facilius Breviariis simili forma excussis, quorum etiam frequentior in choro usus esse solet, posset aptari. Quod sanè consilium opitulante Numinе exsequi cupiens , hanc tibi (studiose Lector) ex nostra qualicumque officina offero Editionem , cui nonnulla quæ hactenus desiderabantur, quæque ipsam cunctis rediderent gratiorem , adjicienda curavi: verba enim accentuum notis ad Poëticæ leges depinxi. Psalmodiam pro Vesperis,

ris , & Laudibus integrā dedi , uno  
tamen loco aptatam ne opus in molem  
assurgeret. Libellum ipsum juxta qua-  
tuor anni partes distinxī. Decreta Sacræ  
Rituum Congregationis ad calcem sepo-  
sui. Errata denique quæ irrepserant , le-  
viuscula tamen , pro viribus expurgavi;  
ne quid , vel nitori Editionis , aut le-  
gentium , & canentium commoditati  
deesse videretur. Quapropter tuum erit  
(uti cum Ecclesiastico preciamur) ve-  
niam habere in quibus & nos defecimus  
in verborum compositione , ac tantillum  
istum laborem nostrum æqui bonique  
consulere , coque libenter frui. Vale.

IN-

# INDEX FESTORUM.

## DECEMBER.

Die 3. } MAURI Martyris, duplex 1. clas.  
fol. 1.

## JANUARIUS.

Die 19. } NICOLAI FACTORIS Conf. du-  
plex minus, fol. 3.

Die 22. } VINCENTII Martyris duplex 1.clas.  
cum oct. fol. 7.

Die 29. } Octava S. VINCENTII Martyris,  
dup. fol. 40.

## FEBRUARIUS.

Die ali- } ANASTASII Martyris, semiduplex,  
qua non } fol. 45.  
impedita



## TYPOGRAPHUS LECTORI.

**C**um præsens opus ob Psalmorum omnium suis propriis locis accessionem nimium excreverit, nonnullis quorumdam animadversionibus intentus, in gratiam & recitantium commodum hic reponenda duxi, quæ illic immodica videbantur.

## AD PRIMAM.

**I**n Duplicibus, & infra octavas.

## Hymnus.

**J**am lucis orto sidere  
Deum precemur  
suplices,  
Ut in diurnis actibus  
Nos servet a nocentibus.  
**L**inguam refrænans temperet,  
Ne litis horror insonet:  
Visum fovendo cōtegat,  
Ne vanitatis háuriat.  
**S**int pura cordis intima,  
Absistat & vecordia:  
Carnis terat superbiam  
Potus cibique párcitas:  
**U**t cum dies abscésserit,  
Noctemque sors redúxit,  
Mundi per abstinentiam

Ipsi canamus gloriam.

**D**eo Patri sit glória,  
Ejusque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

## Antiphona competens.

Psalmus 53.

**D**eus in nōmine tuo salvum me fac: \* & in virtute tua jūdica me.

**D**eus exaudi orationem meam: \* auribus pércepe verba oris mei.

**Q**uóniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: \* & non propinquarunt Deum ante conspectum suum.

**E**cce enim Deus adjuvat me,

**M**e, \* & Dóminus sus-  
céptor est ánimæ meæ.

**A**vérte mala inimícis  
meis : \* & in veritâte tua  
dispérde illos.

**V**oluntarié sacrificâbo ti-  
bi , \* & confitêbor nômi-  
ni tuo Dómine : quóniam  
bonum est.

**Q**uóniam ex omni tribu-  
latione eripuísti me : \* &  
super inimícos meos des-  
péxit óculus meus.

### Psalmus 118.

**B**Éati immaculáti in  
via : \* qui ámbulant  
in lege Dómini.

**B**éati , qui scrutántur te-  
stimónia ejus : \* in toto  
corde exquirunt eum.

**N**on enim qui operantur  
iniquitâtem , \* in viis ejus  
ambulavérunt.

**T**u mandasti \* mandâta  
tua custodíri nimis.

**U**tinam dirigantur viæ  
meæ , \* ad custodiéndas  
justificacíones tuas.

**T**unc non confúndar , \*  
cùm perspéxero in óm-

nibus mandátis tuis.

**C**onfitêbor tibi in dire-  
ctiône cordis : \* in eo  
quòd dídici judícia justi-  
tiæ tuæ.

**J**ustificacíones tuas custó-  
diam : \* non me derelín-  
quas usquequâque.

**I**n quo córrigit ado-  
lescéntior viam suam ? \*  
in custodiéndo sermónes  
tuos.

**I**n toto corde meo exqui-  
sívi te : \* ne repéllas me  
à mandátis tuis.

**I**n corde meo abscón-  
elóquia tua : \* ut non pec-  
cem tibi.

**B**enedíctus es Dómine : \*  
doce me justificacíones  
tuas.

**I**n lábiis meis \* pronun-  
tiávi ómnia judicia ori-  
tui.

**I**n via testimoniórum tu-  
rum delectátus sum ,  
sicut in ómnibus divitiis.

**I**n mandátis tuis exerce-  
bor : \* & considerâbo  
vias tuas.

**I**n justificacíonibus tu-  
me-

meditâbor : \* non obli-  
víscar sermónes tuos.

**R**etribue servo tuo,  
vivifica me : \* &  
custodiam sermónes tuos.  
**R**evéla óculos meos : \* &  
considerâbo mirabilia de  
lege tua.

**I**ncola ego sum in terra:  
\* non abscóndas à me  
mandâta tua.

**C**oncupîvit ánima mea  
desiderare justificatiónes  
tuas , \* in omni tempore.

**I**ncrepásti superbos : \*  
maledicti qui declinant à  
mandátis tuis.

**A**ufer à me opprórium  
& contémptum : \* quia  
testimónia tua exquisívi.

**E**tenim sedérunt prínci-  
pes , & advérsùm me lo-  
quebántur : \* servus au-  
tem tuus exercebâtur in  
justificatióibus tuis.

**N**am & testimónia tua  
meditatio mea est : \* &  
consilium meum justifica-  
tiónes tuæ.

**A**dhæsit paviménto áni-

ma mea : \* vivifica me  
secúndùm verbum tuum.

**V**ias meas enuntiâvi , &  
exaudisti me : \* doce me  
justificatiónes tuas.

**V**iam justificatiónum tuâ-  
rum ínstrue me : \* &  
exercêbor in mirabílibus  
tuis.

**D**ormitâvit ánima mea  
præ tædio : \* confirma  
me in verbis tuis.

**V**iam iniquitàtis ámove à  
me : \* & de lege tua mi-  
serere mei.

**V**iam veritatis elégi : \*  
judicia tua non sum oblí-  
tus.

**A**dhæsi testimóniis tuis  
Dómine : \* noli me con-  
fundere.

**V**iam mandatórum tuô-  
rum cucûrri , \* cùm dila-  
tásti cor meum.

### Antiphona competens.

### Capitulum. 1. Tim. 1. d.

**R**egi sæculórum im-  
mortáli & invisibili,  
soli Deo honor & glória

A 2

in

in sæcula sæculorum. Amen.

**R.** Deo gratias.

**R. brev.** Christe Fili Dei vivi, \* Miserére nobis.

**R.** Christe. **V.** Qui sedes ad déxteram Patris. **R.** Mi-serêre. **V.** Gloria Patri.

**R.** Christe. **V.** Exúrge Christe, adjùva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum. **V.** Dóminus vobís-cum. **R.** Et cum spíritu tuo.

**O**rémus. **Oratio.**

**D**omine Deus omni-potens, qui ad prin-cipium hujus diei nos per-venire fecisti : tua nos hó-die salva virtute ; ut in hac die ad nullum decli-némus peccatum, sed sem-per ad tuam justitiam fa-ciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogi-tationes & opera. Per Dó-minum. **V.** Dóminus vo-biscum. **R.** Et cum spíri-tu tuo. **V.** Benedicámus Dómino. **R.** Deo gratias. **D**einde **V.** Pretiosa in-

conspéctu Dómini. **R.** Mors sanctórum ejus. **E**t absolutè sine Oremus.

**Oratio.**

**S**Ancta María, & om-nes Sancti intercé-dant pro nobis ad Dómi-num : ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit, & regnat in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**V.** Deus in adjutórium meum inténde. **R.** Dó-mine ad adjuvándum me festína.

**E**t dicitur ter : ultimo ad-ditur. **G**loria Patri. **S**i-cut erat. **K**yrie eléison. **C**hriste eléison. **K**yrie eléison. **P**ater noster. **S**ecreto. **V.** Et ne nos indúcas in tentatióнем. **R.** Sed libera nos à malo. **V.** Rés-pice in servos tuos Dómi-ne, & in ópera tua, & dírige filios eórum. **R.** Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus má-

mánuum nostrârum díri-  
ge. **V.** G lória Patri. **R.**  
**S**icut erat.

**O**remus. **Oratio.**

**D**irigere & sanctificâ-  
re , régere & gu-  
bernâre dignâre Dómine  
Deus Rex cæli & terræ,  
hodie corda & corpora  
nostra , sensus, sermónes,  
& actus nostros in lege  
tua , & in óperibus man-  
datôrum tuôrum : ut hic,  
& in æternum , te auxi-  
liânte , salvi & liberi esse  
mereâmur, Salvâtor mun-  
di : Qui vivis & regnas  
in sæcula sæculôrum. **R.**  
Amen.

**V.** Jude domne benedíce-  
re. **Benedictio.** Dies &  
actus nostros in sua pace  
dispônat Dóminus omni-  
potens. **R.** Amen.

**Ad Absolut.** **Capituli**  
dicitur Capitul. Nonæ.

Post lectionem brevem  
dicitur **V.** Adjutórium no-  
strum in nōmine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum & ter-  
ram. **V.** Benedícite. **R.**

Deus. **Benedict.** Dóminus  
nos benedîcat , & ab omni  
malo defendat , & ad vi-  
tam perdûcat ætérnam,  
& Fidelium ánimæ per  
misericórdiam Dei re-  
quiescant in pace. **R.**  
Amen.

### AD TERTIAM.

**Hymnus.**

**N**unc sancte nobis  
Spíritus,  
Unum Patri cum Fílio,  
Dignâre promptus íngeri  
Nostro refûsus péctori.

**O**s , lingua , mens , sen-  
sus , vigor,  
Confessiôñem pésonent,  
Flamméscat igne cháritas,  
Accendat ardor próxi-  
mos.

**P**ræsta , Pater piíssime,  
Patrîque compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

**Antiphona competens.**

**Psalmus.**

**L**Egem pone mihi Dó-  
mine viam justifica-  
tiô-

tionum tuarum : \* & exquiram eam semper.

**D**a mihi intelléctum , & scrutabor legem tuam : \* & custódiam illam in toto corde meo.

**D**educ me in semitam mandatôrum tuôrum : \* quia ipsam vólui.

**I**nclína cor meum in testimónia tua , \* & non in avarítiam.

**A**verte óculos meos ne vídeant vanitatem : \* in via tua vivífica me.

**S**tatue servo tuo elóquium tuum , \* in timore tuo.

**A**mputa opprôbrium meum , quod suspicatus sum : \* quia judicia tua jucunda.

**E**cce concupívi mandata tua : \* in æquitate tua vivífica me.

**E**t véniat super me misericórdia tua Dómine : \* salutare tuum secundùm elóquium tuum.

**E**t respondêbo exprobrántibus mihi verbum : \*

quia sperávi in sermóni-  
bus tuis.

**E**t ne auferas de ore  
meo verbum veritatis us-  
quequâque : \* quia in ju-  
diciis tuis supersperávi.

**E**t custódiam legem tuam  
semper , \* in sæculum &  
in sæculum sæculi.

**E**t ambulabam in latitu-  
dine : \* quia mandata tua  
exquisívi.

**E**t loquêbar in testimo-  
niis tuis in conspéctu re-  
gnum : \* & non confun-  
dêbar.

**E**t meditâbar in mandá-  
tis tuis , \* quæ dilexi.

**E**t levávi manus meas  
ad mandata tua , quæ di-  
léxi : \* & exercébar in  
justificatióibus tuis.

**M**Emor esto verbi  
tui servo tuo , \* in  
quo mihi spem dedísti.

**H**æc me consoláta est in  
humilitate mea : \* quia  
elóquium tuum vivificâ-  
vit me.

**S**upérbi iniquè agébant  
usquequâque : \* à lege  
au-

autem tua non declinávi.

**M**emòr fui judiciorum tuorum à sæculo Dómine : \* & consolátus sum. **D**efectio tenuit me , \* pro peccatóribus derelictis legem tuam.

**C**ántabiles mihi erant justificatiōnes tuæ , \* in loco peregrinatiōnis meæ.

**M**emor fui nocte nóminalis tui Dómine : \* & custodívi legem tuam.

**H**aec facta est mihi : \* quia justificatiōnes tuas exquisívi:

**P**órtio mea Dómine,\* dixi , custodire legem tuam.

**D**eprécatus sum fáciem tuam in toto corde meo: \* miserere mei secundùm elóquium tuum.

**C**ogitávi vias meas : \* & convérsti pedes meos in testimónia tua.

**P**arátus sum , & non sum turbátus : \* ut custódiam mandáta tua.

**F**unes peccatórum circumpléxi sunt me ; \* &

legem tuam non sum oblitus.

**M**édia nocte surgébam ad confiténdum tibi , \* super judicia justificatiōnis tuæ.

**P**árticeps ego sum ômnium timéntium te , \* & custodiéntium mandata tua.

**M**isericórdia tua Dómine plena est terra : \* justificatiōnes tuas doce me.

**B**onitatem fecisti cum servo tuo Dómine,\* secundùm verbum tuum.

**B**onitatem , & disciplinam , & sciéntiam doce me : \* quia mandátis tuis créddidi.

**P**riúsquam humiliárer ego delíqui : \* propterea elóquium tuum custodívi.

**B**onus es tu : \* & in bonitatem tua doce me justificatiōnes tuas.

**M**ultiplicata est super me iniquitas superbórum : \* ego autem in toto corde meo scrutabor mandáta tua.

**C**oa-

**C**oagulatum est sicut lac  
cor eorum : \* ego vero  
legem tuam meditatus  
sum.

**B**onum mihi quia humiliasti me ; \* ut discam justificaciones tuas.

**B**onum mihi lex oris tui,  
\* super millia auri & argenti.

**M**anus tuæ fecerunt me,  
& plasmavérunt me : \*  
da mihi intellectum , &  
discam mandata tua.

**Q**ui timent te , videbunt  
me , & lætabuntur : \* quia  
in verba tua supersperávi.

**C**ognovi Dómine quia  
æquitas judicia tua : \* &  
in veritate tua humiliasti  
me.

**F**iat misericórdia tua ut  
consolétur me , \* secundum  
elóquium tuum ser-  
vo tuo.

**V**éniant mihi miseratio-  
nes tuæ , & vivam , \* quia  
lex tua meditatio mea est.

**C**onfundántur superbi,  
quia injústè iniquitatem  
fecerunt in me : \* ego

autem exercêbor in man-  
datis tuis.

**C**onvertántur mihi ti-  
méntes te , \* & qui no-  
vérunt testimónia tua.

**F**iat cor meum immacu-  
latum in justificatiōibus  
tuis , \* ut non confundar.

**A**ntiphona, Capitulum,  
B. brev. & Oratio , Offi-  
cio convenientia.

### AD SEXTAM.

#### Hymnus.

**R**ector potens , verax  
Deus,  
Qui témperas rerum vi-  
ces,

Splendore manè illúmi-  
nas,

Et ignibus meridiem.

**E**xtíngue flamas litium,  
Aufer calorem nōxium,  
Confer salutem corpo-  
rum,

Verámque pacem cór-  
dium.

**P**ræsta , Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne sœcu-  
lum. Amen.

An-

**Antiphona competens.**

**Psalmus.**

**D**efécit in salutare  
tuum ánima mea,\*  
& in verbum tuum super-  
sperávi.

**D**efecérunt óculi mei in  
elóquium tuum , \* dicén-  
tes : Quando consolábe-  
ris me?

**Q**uia factus sum sicut  
uter in pruina : \* justifi-  
cationes tuas non sum ob-  
litus.

**Q**uot sunt dies servi tui:  
\* quando fácies de perse-  
quentibus me judicium ?

**N**arravérunt mihi iníqui  
fabulationes : \* sed non  
ut lex tua.

**O**mnia mandâta tua vé-  
ritas : \* iníqué persecúti  
sunt me , adjuva me.

**P**aulò minus consumma-  
vérunt me in terra : \*  
ego autem non derelíqui  
mandâta tua.

**S**ecundùm misericórdiam  
tuam vivifica me : \* &  
custódiam testimónia oris  
tui.

**I**n ætérnum Dómine , \*  
verbum tuum pémanet  
in cælo.

**I**n generatiōnem & gene-  
rationem véritas tua : \*  
fundásti terram , & pér-  
manet.

**O**rdinatione tua persevē-  
rat dies : \* quóniam óm-  
nia serviunt tibi.

**N**isi quòd lex tua medi-  
tatio mea est : \* tunc for-  
tè periissim in humilitate  
mea.

**I**n ætérnum non oblívís-  
car justificatiōnes tuas : \*  
quia in ipsis vivificásti me.

**T**uus sum ego , salvum  
me fac : \* quóniam justi-  
ficationes tuas exquisivi.

**M**e expectavérunt pecca-  
tóres ut pérderent me : \*  
testimónia tua intelléxi.

**O**mnis consummatiōnis  
vidi finem : \* latum man-  
dátum tuum nimis.

**Q**uomodò diléxi le-  
gem tuam Dómi-  
ne? \* tota die me-  
ditatio mea est.

**S**uper inimicos meos pru-  
B dén-

déntem me fecisti mandáto tuo : \* quia in ætérnum mihi est.

**S**uper omnes docéntes me intelléxi : \* quia testimónia tua meditátio mea est.

**S**uper senes intelléxi : \* quia mandâta tua quæsívi.

**A**b omni via mala prohibui pedes meos : \* ut custódiam verba tua.

**A**judíciis tuis non declinávi : \* quia tu legem posuisti mihi.

**Q**uàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua , \* super mel ori meo !

**A**mandátis tuis intelléxi : \* proptéreà odívi omnem viam iniquitatis.

**L**ucérna pédibus meis verbum tuum , \* & lumen sémitis meis.

**J**urávi , & statui \* custodire judícia justitiæ tuæ.

**H**umiliátus sum usquequâque Dómine : \* vivifica me secúndùm verbum tuum.

**V**oluntária oris mei beneplácita fac Dómine : \*

& judícia tua doce me.

**A**nima mea in mánibus meis semper : \* & legem tuam non sum oblítus.

**P**osuerunt peccatóres láqueum mihi : \* & de mandátis tuis non errávi.

**H**æreditâte acquisívi testimónia tua in ætérnum : \* quia exultátio cordis mei sunt.

**I**nclinávi cor meum ad faciéndas justificacíones tuas in ætérnum , \* propter retributiôrem.

**I**Níquos odio hábui : \* & legem tuam diléxi. **A**djûtor & suscéptor meus es tu : \* & in verbum tuum supersperávi.

**D**eclinâte à me maligni : \* & scrutâbor mandâta Dei mei.

**S**uscipe me secúndùm elóquium tuum , & vivam : \* & non confúndas me ab expectaciône mea.

**A**djuva me , & salvus ero : \* & meditâbor in justificacíonibus tuis semper.

**S**prevísti omnes discedentes

tes à judiciis tuis : \* quia  
injústa cogitatio eorum.

**P**rævaricantes reputávi  
omnes peccatores terræ: \*  
ídeò diléxi testimónia tua.  
**C**onfige timóre tuo car-  
nes meas : \* à judiciis  
enim tuis timui.

**F**eci judicium & justí-  
tiam : \* non tradas me  
calumniántibus me.

**S**úscipe servum tuum in  
bonum : \* non calumnién-  
tur me superbi.

**O**culi mei defecerunt in  
salutare tuum : & in eló-  
quium justitiæ tuæ.

**F**ac cum servo tuo se-  
cundùm misericordiam  
tuam : \* & justificatiónes  
tuas doce me.

**S**ervus tuus sum ego : \*  
da mihi intellectum , ut  
sciam testimónia tua.

**T**empus faciendi Dómi-  
ne : \* dissipavérunt le-  
gem tuam.

**I**deò diléxi mandata tua,  
\* super áurum & topá-  
zion.

**P**roptéreà ad omnia man-

dâta tua dirigêbar : \* om-  
nem viam iniquam ódio  
hábui.

**A**ntiphona , Capitu-  
lum , ps. brev. & Oratio,  
Officio convenientia.

## AD NONAM.

### Hymnus.

**R**erum Deus tenax  
vigor,  
Immótus in te pérma-  
nens,  
Lucis diurnæ témpora  
Succéssibus detérminans:  
**L**argîre lumen vespere,  
Quo vita nusquam deci-  
dat,  
Sed præmium mortis sa-  
cræ  
Perénnis instet glória.

**P**ræsta , Pater piíssime,  
Patrîque compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum. Amen.

### Antiphona competens.

#### Psalmus.

**M**irabília testimónia  
tua: \* ídeò scrútâ-  
ta est ea ánima mea.

**D**eclaratio sermōnum tuorum illūminat : \* & intellectum dat parvulis.

**O**s meum aperui , & attraxi spíritum : \* quia mandata tua desiderabam.

**A**spice in me , & miserere mei , \* secundum judicium diligētum nomen tuum.

**G**ressus meos dirige secundūm elóquium tuum: \* & non dominetur mei omnis injustitia.

**R**édime me á calúnniis hóminum : \* ut custódiam mandata tua.

**F**áciem tuam illúmina super servum tuum : \* & doce me justificaciones tuas.

**E**xitus aquárum deduxerunt óculi mei : \* quia non custodiérunt legem tuam.

**J**ustus es Dómine : \* & rectum judicium tuum.

**M**andásti justitiam testimónia tua : \* & veritatem tuam nimis.

**T**abéscere me fecit zelus meus , \* quia obliti sunt verba tua inimici mei.

**I**gnítum elóquium tuum vehementer , \* & servus tuus diléxit illud.

**A**dolescentulus sum ego, & contémptus : \* justificaciones tuas non sum oblitus.

**J**ustitia tua , justitia in ætérnum : \* & lex tua véritas.

**T**ribulatio & angústia invenérunt me : \* mandata tua meditatio mea est.

**A**equitas testimónia tua in ætérnum : \* intellectum da mihi , & vivam.

**C**lamávi in toto cor de meo , exáudi me Dómine : \* justificaciones tuas requíram.

**C**lamávi ad te , salvum me fac : \* ut custódiam mandata tua.

**P**rævéni in maturitate , & clamávi : \* quia in verba tua supersperávi.

**P**rævenérunt oculi mei ad

ad te dilúculò : \* ut me-  
ditárer elóquia tua.

**V**ocem meam audi se-  
cundùm misericórdiam  
tuam Dómine : \* & se-  
cundùm judicium tuum  
vivífica me.

**A**ppropinquavérunt per-  
sequéntes me iniquitati: \*  
à lege autem tua longè  
facti sunt.

**P**ropè es tu Dómine : \*  
& omnes viæ tuæ veritas.  
**I**nicio cognóvi de testi-  
móniis tuis : \* quia in  
ætérnum fundásti ea.

**V**ide humilitatem meam,  
& éripe me : \* quia le-  
gem tuam non sum obli-  
tus.

**J**údica judíciū meum,  
& rédime me : \* propter  
elóquium tuum vivífica  
me.

**L**ongè à peccatóribus sa-  
lus : \* quia justificatiónes  
tuas non exquisiérint.

**M**isericórdiæ tuæ multæ  
Dómine : \* secúndum ju-  
díciū tuum vivífica me.  
**M**ulti qui persequúntur

me, & tríbulant me : \* à  
testimóniis tuis non de-  
clinávi.

**V**idi prævaricántes , &  
tabescébam : \* quia eló-  
quia tua non custodié-  
runt.

**V**ide quóniam mandâta  
tua diléxi Dómine : \* in  
misericórdia tua vivífica  
me.

**P**rincipiū verbôrum  
tuôrum veritas : \* in ætér-  
num ómnia judícia justí-  
tiæ tuæ.

**P**Ríncipes persecuti  
sunt me gratis : \* &  
à verbis tuis formidávit  
cor meum.

**L**ætabor ego super eló-  
quia tua : \* sicut qui in-  
vénit spolia multa.

**I**niquitátēm ódio hábui,  
& abominátus sum : \* le-  
gem autem tuam diléxi.

**S**épties in die láudem di-  
xi tibi , \* super judícia  
justitiæ tuæ.

**P**ax multa diligéntibus  
legem tuam : & non est  
illis scándalum.

**E**x-

**E**xpectâbam salutâre tuum Dómine: \* & mandâta tua diléxi.

**C**ustodîvit ánima mea testimónia tua: \* & diléxit ea veheménter.

**S**ervávi mandâta tua, & testimónia tua: \* quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

**A**ppropínquet deprecá-tio mea in conspéctu tuo Dómine: \* juxta elóquium tuum da mihi in-telléctum.

**I**ntret postulátio mea in conspéctu tuo: \* secùndùm elóquium tuum éri-pe me.

**E**ructábunt lábia mea hymnum, \* cùm docuéris me justificá-tiones tuas.

**P**ronuntiâbit língua mea elóquium tuum: \* quia ómnia manda-tua æqui-tas.

**F**iat manus tua, ut sal-vet me: \* quóniam manda-tua elégi.

**C**oncupívi salutâre tuum

Dómine: \* & lex tua me-ditatio mea est.

**V**ivet ánima mea, & laudâbit te: \* & judícia tua adjuvábunt me.

**E**rrávi, sicut ovis quæ périit: \* quære servum tuum, quia mandâta tua non sum oblítus.

**Antiphona , Capitu-lum , v. brev. & Oratio, Officio convenientia.**

## AD COMPLETORIUM.

**Lector incipit** ♀. Jube domne benedícere. **Bene-dict.** Noctem quiétam, & finem perféctum concédat nobis Dóminus omnípo-tens. ♀. Amen.

**Lectio brevis.** I. Petr. 5.c.

**F**ratres, sóbrii stôte, & vigilâte: quia ad-versárius vester diabolus tamquam leo rúgiens cir-cuit, quærens quem dé-voret: cui resistite fortes in fide. Tu autem Dómi-ne miserêre nobis. ♀. Deo grátias. ♀. Adjutorium nos-

nostrum in nōmine Dōmini. **R.** Qui fecit cælum & terram.

**P**ater noster, dicitur totum secretò. Deinde facta Confessione, & Absolutione dicitur **V.**

**C**onvérte nos Deus salutāris noster. **R.** Et avérte iram tuam à nobis. **V.** Deus in adjutórium meum intènde. **R.** Dómine ad adjuvándum me festína. **Gloria Patri.**  
**Aña.** Miserêre.

### Psalmus 4.

**C**um invocârem, exaudîvit me Deus iustitiæ meæ: \* in tribulatiōne dilatásti mihi.

Miserêre mei, \* & exaudi oratiōnem meam.

**F**ílli hóminum úisquequò gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendácium?

**E**t scítote quóniam misericôrdiavit Dóminus sanctum suum: \* Dóminus exaudiens me, cùm clamávero ad eum.

**I**trascímini, & nolite peccâre: \* quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

**S**acrificâte sacrificium iustitiæ, & sperâte in Dómino. \* Multi dicunt: **Q**uis osténdit nobis bona?

**S**ignatum est super nos lumen vultus tui Dómine: \* dedísti lætitiam in corde meo.

**A**fructu frumenti, vini, & ólei sui \* multiplicáti sunt.

**I**n pace in idípsum \* dórmiam, & requièscam; **Q**uóniam tu Dómine singulariter in spe \* consti-tuísti me.

### Psalmus 30.

**T**N te Dómine sperávi, non confúndar in ætérnum: \* in justitia tua libera me.

**I**nclína ad me aurem tuam, \* accelera, ut èruas me.

**E**sto mihi in Deum pro-te-

tectorem , & in domum  
refugii : \* ut salvum me  
fácias.

**Q**uóniam fortitudo mea,  
& refugium meum es tu:  
\* & propter nomen tuum  
deduces me , & enútries  
me.

**E**dúces me de láqueo  
hoc , quem abscondérunt  
mihi : \* quóniam tu es  
protector meus.

**I**n manus tuas commén-  
do spiritum meum : \* re-  
demisti me Dómine Deus  
veritatis.

### Psalmus 90.

**Q**ui hábitat in adju-  
tório Altissimi , \*  
in protectione Dei  
cæli commorabitur.

**D**icit Dómino : Suscép-  
tor meus es tu , & refú-  
gium meum: \* Deus meus  
sperabo in eum.

**Q**uóniam ipse liberávit  
me de láqueo venántium,  
\* & à verbo áspero.

**S**cáulis suis obumbrâbit  
tibi : \* & sub pennis ejus  
sperabis.

**S**cuto circûmdabit te vé-  
ritas ejus : \* non timèbis  
à timore nocturno.

**A**sagitta volánte in die,  
à negótio perambulánte  
in ténebris , \* ab incúrsu,  
& dæmónio meridiáno.

**C**adent à látere tuo mille,  
& decem millia à dextri-  
tuis : \* ad te autem non  
appropinquâbit:

**V**erúmtamen óculis tuis  
considerâbis : \* & retrí-  
butiōnem peccatórum vi-  
dêbis.

**Q**uóniam tu es Dómine  
spes mea : \* altissimum  
posuísti refugium tuum.

**N**on accédet ad te ma-  
lum : \* & flagellum non  
appropinquâbit taberná-  
culo tuo.

**Q**uóniam Angelis suis  
mandâvit de te : \* ut cu-  
stódiant te in ómnibus viis  
tuis.

**I**n mánibus portábunt te:  
\* ne fortè offéndas ad lá-  
pidem pedem tuum.

**S**uper áspidem & basilís-  
cum ambulâbis : \* & con-  
cul-

culcâbis leônem & dracô-nem.

**Q**uóniam in me sperâvit,  
liberâbo eum : \* próte-gam eum , quóniam cog-novit nomen meum.

**C**lamâbit ad me , & ego exáudiam eum : \* cum ipso sum in tribulatiône, erípiam eum , & glorifi-câbo eum.

**L**ongitûdine diêrum re-plêbo eum : \* & ostén-dam illi salutâre meum.

### Psalmus 133.

**E**cce nunc benedícite Dóminum , \* om-nes servi Dómini :

**Q**ui statis in domo Dó-mini , \* in átriis domus Dei nostri.

**I**n nóctibus extóllite ma-nus vestras in sancta , \* & benedicite Dóminum.

**B**enedicat te Dóminus ex Sion , \* qui fecit cælum & terram.

**A**ña. Miserere mihi Dó-mine , & exaudi oratiô-nem meam.

### Hymnus.

**T**EME lucis ante térm-i-num  
Rerum Creator pôscimus,  
Ut pro tua cleméntia  
Sis præsul & custódia.  
**P**rocul recédant somnia,  
Et noctium phantasmata;  
Hostémque nostrum còm-prime,  
Ne polluántur córpora.  
**P**ræsta , Pater piússime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paràclito,  
Regnans per omne sæcu-lum. Amen.

### Capitulum. Jer. 14. b.

**T**U autem in nobis es Dómine , & nomen sanctum tuum invocátum est super nos , ne derelí-quas nos Dómine Deus noster. **R.** Deo gratias.

**R. brev.** In manus tuas Dómine , \* Comméndo spíritum meum. In manus tuas. **V.** Redemisti nos Dómine Deus veritatis. Comméndo. **G**loria Pa-tri. In manus. **V.** Custó-di

di nos Dómine ut pupíl-  
lam óculi. **R.** Sub umbra  
alârum tuarum prótege  
nos.

**Aña.** Salva nos.

**Canticum Simeonis.**

*Lucæ 2. c.*

**N**unc dimítis servum  
tuum Dómine, \*  
secúndùm verbum tuum  
in pace:

**Q**uia vidérunt óculi mei  
\* salutâre tuum,

**Q**uod parâsti \* ante fá-  
ciem ómnium populô-  
rum.

**L**umen ad revelatióñem  
géntium, \* & glóriam  
plebis tuæ Israël.

**G**loria Patri.

**Aña.** Salva nos Dómine  
vigilantes, custódi nos  
dormiéntes: ut vigilémus  
cum Christo, & requies-  
cámus in pace.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

**O remus. Oratio.**

**V**isita, quæsumus Dó-  
mine, habitatióñem  
istam, & omnes insidias  
inimíci ab ea longè repél-  
le: Angeli tui sancti há-  
bitent in ea, qui nos in  
pace custódiant: & bene-  
dictio tua sit super nos  
semper. Per Dóminum.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

**V.** Benedicâmus Dómino.

**R.** Deo grátias.

**Benedictio.** Benedicat &  
custódiat nos omnípotens  
& misericors Dóminus,  
Pater, & Fílius, & Spí-  
ritus Sanctus. **R.** Amen.

**E**t non dicitur: Fidé-  
lium ánimæ. Sed imme-  
diatè dicitur una ex An-  
tiphonis B. MARIÆ pro  
tempore.

**D**eindè dicitur secretò,  
**P**ater noster, **A**ve Ma-  
ría, & **C**redo.

**LAUS DEO, ET B. MARIÆ.**

DIE III. DECEMBERIS.

**IN FESTO**

**S. MAURI MARTYRIS.**

**D U P L E X I. C L A S.**

**Omnia de Communi  
unius Martyris (præter  
ea quæ hic assignantur)  
cum comm. Advent.**

**Oratio.**

**P**Ræsta quæsumus om-  
nipotens Deus : ut  
qui beati Máuri mártiris  
tui natalitia cólimus , in-  
tercessione ejus in tui nó-  
minis amôre roborêmur.  
Per Dóminum nostrum.

**In i. Noct. Lectiones:**  
Fratres , debitores , de  
**Communi plurimorum**  
**Mart.**

**In secundo Nocturno.**

**Lectio iv.**

**M**AURUS paréntes hâ-  
buit honestissimos,  
Cláudium Tribûnum , &

Hiláriam , utrùmque már-  
tyrem. A patre feliciùs  
Euangélio quàm natúræ  
génitus , non modò usû-  
ram vitæ mortális , sed  
immortális fidei lucem  
accépit. Cláudius enim  
sub Numeriáno Impera-  
tore , cùm jussu Prætóris  
Celeríni sanctum Chry-  
sánthum in suam potestâ-  
tem accepisset , ut eum vi  
tormentorum , & metu  
mortis à Christo retráhe-  
rét , contrà quàm putá-  
rat , vi miraculórum , exí-  
mia fortitúdine , divíno  
sermône mártiris , ipse ad  
Christum adjúnctus est ,  
atque ut primùm Euan-  
gélii lumen inspéxit , ni-  
hil habuit antiquiùs , quàm  
ut idem univérsis militi-  
bus ,

bus, toti familiæ, uxori præsertim, atque Jásoni, Mauroque filiis impertíret. Id Deo juvante, & animante verba Cláudii, ita succèssit è sententia, ut ómnibus lustratis fonte baptismatis, in primis filii insígnem quemdam fervorem spíritus præ se ferrent.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, & custodívit eum ab inimícis, & à seductóribus tutâvit illum:  
 \* Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Descenditque cum illo in foveam: & in vínculis non derelíquit eum. Et dedit illi claritatem.

### Lectio v.

**R**E ad Imperatorem delata, jussit Numerianus ante ómnia ad álios deterréndos indig-níssimo supplício áffici Cláudium; tum habéri quæstiōnem sevēram de céteris, & singulos, ut

quisque Christum respúere, atque idôla venerári nolle, cárpte plecti. Márkus imperterritusadolés-cens, cùm ad spectáculum patérni supplicii, a-mulatiōne pótiūs, quām miseratiōne commoverētur, non ad aliénæ vitæ servandæ, sed ad suæ pro-fundéndæ stúdium exár-sit. Quare patris non re-tardátus poëna, sed for-titúdine confirmátus; non morte detérritus, sed ani-mátus exémplo, impera-tóriis ministris se statim exhibuit, fidémque spon-tè atque generosè, non módò lingua, sed étiam cervice professus est.

**R.** Desidérium ánime ejus tribuísti ei Dómine: \*Et voluntate labiorum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcē-dinis: posuistí in cárpte ejus corónam de lápide pretioso. Et voluntate.

Le-

## Lectio vi.

**E**X quo secúri percús-sus , non degener filius paternam constán-tiam expréssit , martyrii corônam accêpit , aliós-que milites omnes ad imi-tationem sui tantum ac-cendit , ut singuli deín-ceps eádem confessióne eándem mortem oppéte-rent. Eius corpus , & fra-tris , qui decollátus uná fúerat , sancta Hilária ma-ter in sepúlchro , quod erat ad suum prædium , cóndidit ; in quo & com-prehénsa est , cum illud , frequentíssimè veneratûra sacra amátaque pignora , ingrederêtur : sed satélli-tes , qui præstolabántur egressûram , elûsit ; nam , uti precáta fuerat , áni-mam ibi Deo in oratiône reddidit , filisque Jásoni , & Máuro spiritum , cor-púsque conjúnxit. Cujus Máuri corpus Cleméntis Octávi Pontificis Máximi

dono ex Urbe in Hispá-niam translátum , Valen-tiæ in Ecclésia Seminárii Córporis Christi honori-ficè cónditum est.

**P.** Stola jucunditatis in-duit eum Dóminus : \*Et corônam pulchritúdinis posuit super caput ejus.

**V.** Cibâvit illum Dómi-nus pane vitæ & intellêctus : & aqua sapientiæ salutâris potâvit illum. Et corônam. **Gloria Pa-tri.** Et corônam.

**In tertio Nocturno Ho-milia S. Gregorii Papæ in Euang.** Si quis vult post me venire , de **Communi unius Martyris.**

**Missa:** In virtûte tua , de **Communi unius Martyr.** cum **Euangelio:** Si quis vult post me venire .

**DIE XIX. JANUAR.**

**In festo B. Nicolai Fa-ctoris Confessoris.**

**Duplex minor.**

**Omnia de Communi Conf.**

4 IN FESTO B. NICOLAI FACTORIS CONF.

Conf. non Pont. præter sequentia. In Hymn. Iste Confessor , mut. 3. ¶  
I. Strophæ.

Oratio.

D Eus , qui Beatum Nicolaum Confes- sorem tuum ineffabili charitatis tuæ igne succensum te puro corde sectari fecisti ; da nobis famulis tuis, ut eodem spíritu repleti , & charitate ferventes, viam mandatorum inof- fenso pede curramus. Per Dóminum : : in unitate ejusdem &c.

In i. Nocturno. Lect. de Scriptura.

In ii. Nocturno.

Lectio iv.

N icolaus Valentiæ E- detanorum piis pa- rentibus ortus ab ineunte ætate præclara futuræ sanctitatis edidit documenta. Quinque enim annos na- tus ter singulis hebdoma-

dis jejunabat , pane tan- tum , & aqua contentus; obsonia sibi parata alacri- ter pauperibus elargieba- tur ; atque egenorum , & leprosorum manibus , ti- biisque , sanie licet ma- nantibus , pia oscula da- bat : Quibus sane , aliis- que christianæ perfectio- nis exemplis famula do- mûs Maura commota ma- humeticam ejuravit su- perstitutionem. Adolescens ægrotos in nosocomiis cre- brò invisebat , propriis ipse manibus illis inser- viebat ; omniisque studio nobiles Viros , ac Matro- nas Civitatis ad id operis alliciebat. Quæ , & alia miranda pietatis , & cha- ritatis opera , in quibus mirifice enituit , ad mor- tem usque nunquam di- misit. Mundi , suique con- temptor pecuniæ sum- mam ei ad connubium oblatam strenue recusa- vit : ac parentum blandi- mentis ipsum in matri- mo-

monium collocare adni-  
tentium invicta constan-  
tia restitit. Exinde de re-  
gulari aliquo Instituto  
amplectendo seriò cogi-  
tare coepit. Itaque Ob-  
servantiæ S. Francisci no-  
men dare decernens, ad  
Cœnobium S. Mariæ à  
Jesu Valentiæ clanculum  
secessit, ibique non tam  
precibus, quam lacrymis  
à Superiore habitum ob-  
tinuit. Tyrocinio exacto,  
professionem emisit; Sa-  
crisque Ordinibus initia-  
tus, verbi Dei prædica-  
tioni totum se dedit.

## Lectio v.

**E** Lucebat in eo sum-  
ma vitæ innocentia,  
comitas, verecundia: ob  
quas egregias animi do-  
tes, difficile dictu est,  
quot ad meliorem frugem  
traduxerit, quotque è vi-  
tiorum coeno ad viam sa-  
lutis revocaverit. Ad hæc  
priusquam in concione in  
ascenderet, ter flagris se

cædere consuevit. Diris  
subinde ciliciis, flagellis,  
ac jejuniiis corpus suum  
continue macerabat, nul-  
lique unquam pepercit  
afflictioni ad pravas affe-  
ctiones cohibendas. Nu-  
dis semper pedibus inces-  
sit: cogente vero morbo,  
subjecta obiectus solea,  
ac simplici contentus tu-  
nica. Noctes sæpe insom-  
nes traduxit; ac pro eo,  
quo erga Jesu Christi  
Passionem æstuabat, amo-  
re, binos integros annos  
ad Crucifixi pedes excu-  
basse, memoriæ est pro-  
ditum. Vultus ejus, etsi  
poenitentia attritus, sin-  
gulari tamen Dei gratia  
vegetus semper, & venu-  
stus apparuit. Obedientia,  
paupertate, & pudicitia  
emicuit; nitidamque con-  
scientiam suam, quam  
nulla mortali labe un-  
quam foedase perhibetur,  
non modo sartam tectam  
servavit, sed dæmonem  
etiam specie mulieris for-  
mo-

## 6 IN FESTO B. NICOLAI FACTORIS CONF.

mosæ indignis modis ad eam labefactandam turpiter ei insidiantem , vimque facientem vicit , ac profligavit. Tyrones, quibus præfuit , verbo , atque exemplo ad perfectionem evehere sedulo curavit. Truculentis, desperatisque hominibus necem sibimetipsis suspedio inferre conantibus superno lumine afflatus præsto adstitit , è mortis limine , faucibusque dæmonis liberavit , & ad criminis confessionem adduxit. Sanctis Ludovico Bertrando , & Paschali Baylon , aliisque Viris doctrina , & sanctitate conspicuis fuit acceptissimus , & ab iisdem ob vitæ sanctimoniam summis laudibus celebratus.

### Lectio vi.

**A** Joanna Austriaca Philippi II. sorore Matritum accitus , Excalceatarum Monialium,

quas vocant Regalium, Confessarii munus laudabiliter obivit. Orationi , & meditationi jugiter addictus , non semel à terra elevatus visus fuisse dicitur , ac frequentes adeo extases passus , ut interdum viginti quatuor horas in raptu deprehensus, diu , noctuque passim & ubique locorum ejusmodi deliciis perfueretur , facie ut plurimum inflamata , luce ex ea irradiente , & urentibus etiam carnibus. Idque frequentius ei contingebat in meditandis Sacris Fidei Mysteriis : potissimum vero oriebatur ex ferventissimo amore , quo erga Sacratissimam Eucharistiam flagrabat : quare aliquando inter Eucharisticum Panem distribuendum non solum miris extasis extra se rapi , verum & Sacras Formas ad digitos suos saltare , raro quidem prodigo , observatum

tum perhibetur. Singula-  
ri in Deum amore , ac in  
Virginem Matrem pietate  
effulsit , plurimisque  
supernis Charismatis fuit  
exornatus. Meritis tan-  
dem , & laboribus plenus  
in morbum incidit ; ac sa-  
tis memorando humilitatis  
exemplo , in stabulo  
humari , semel iterumque  
efflagitavit ; proximique  
obitus accepto nuntio , hilari  
animo in illa verba  
prorupit : *Lætatus sum  
in his , quæ dicta sunt  
mihi.* Sacramentis item  
Ecclesiæ rite munitus pla-  
cidissime obiit Valentiæ  
extra Moenia in Conven-  
tu Jesu. Defuncti Cada-  
ver flexible , vegetum , ac  
suavem spirans odorem  
per novem dies , ut fide-  
lium concursui fieret sa-  
tis , insepultum remansit.  
Triennio post exhumatum , integrum adhuc fuit  
inventum , ac Philippo II.  
Hispaniarum Regi cons-  
piciendum exhibitum est.

Postremò Dei Servum  
Miraculis etiam clarum  
Pius VI. Pontifex Maxi-  
mus solemnni ritu Beato-  
rum fastis adscripsit.

In iii. Nocturno. Lect. de  
Commun. i. loco.

DIE XXII. JANUAR.

In festo S. Vincentii Mar-  
tyris. Duplex i. clas.  
cum Octava.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Invictus martyr Vincen-  
tius , victo tyranno , in-  
signem hodiè victoriæ  
palmam cælo intulit.

Psalmus 109.

**D**Ixit Dóminus Dó-  
mino meo : \* Sede  
à dextris meis :

Donec ponam inimicos  
tuos , \* scabellum pe-  
dum tuorum.

**V**irgam virtutis tuae emít-  
tet

D

tet Dóminus ex Sion : \* dominare in mediò inimicorum tuorum.

**T**ecum principium in die virtutis tuæ in splendóribus sanctórum : \* ex útero ante Luciferum génuí te.

**J**urâvit Dóminus , & non poenitêbit eum : \* Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

**D**óminus à dextris tuis, \* confrégit in die iræ suæ reges.

**J**udicabit in natióibus, implêbit ruínas : \* conquassabit capita in terra multorum.

**D**e torrénte in via bibet: \* proptéreà exaltabit caput.

**Aña.** Invictus martyr Vincéntius , victo tyranno , insignem hodiè victoriæ palmam cælo intulit.

**Aña.** Valérius Episcopus, & ejus Levita Vincentius spe felicis victoriæ illécti,

ad confessiōnem Christi alácriter cucurrerunt.

### Psalmus 110.

**C**onfitêbor tibi Dómino in toto corde meo ; \* in consilio justorum , & congregatione.

**M**agna ópera Dómini : \* exquisita in omnes voluntates ejus.

**C**onfessio & magnificéntia opus ejus : \* & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

**M**emóriam fecit mirabilem suorum , misericors & miserátor Dóminus : \* escam dedit timéntibus se.

**M**emor erit in sæculum testaménti sui : \* virtutem óperum suorum annuntiabit pôpulo suo :

**U**t det illis hereditâtem géntium , \* ópera mánum ejus véritas & judicium.

**F**idélia omnia mandâta ejus : confirmâta in sæculum sæculi , \* facta in veritate & æquitâte.

**R'e-**

**R**edemptionem misit populo suo : \* mandavit in æternum testaméntum suum.

**S**anctum & terribile nomen ejus : \* initium sapientiae timor Dómini.

**I**ntelléctus bonus ómnibus facientibus eum : \* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

**Aña.** Valerius Episcopus, & ejus Levita Vincéntius spe felicis victoriæ illécti, ad confessiōnem Christi alácriter cucurrerunt.

**Aña.** Profitémur, ô Daciâne, Christianæ religiōnis nos esse cultores, & unius veri Dei servos, ac testes.

### Psalmus III.

**B**Éatus vir, qui timet Dóminum: \* in mandatis ejus volet nimis.

**P**otens in terra erit semen ejus : \* generatio rectorum benedicetur.

**G**lória & divitiæ in domo ejus, \* & justitia ejus

manet in sæculum sæculi.

**E**xortum est in ténebris lumen rectis : \* misericors, & miserator, & justus.

**J**ucundus homo qui miseretur & cōmodat, dispónet sermones suos in judicio : \* quia in æternum non commovébitur.

**I**n memória æterna erit justus : \* ab auditōne mala non timēbit.

**P**arátum cor ejus sperare in Dómino, confirmatum est cor ejus : \* non commovébitur, donec despiciat inimicos suos.

**D**ispérsit, dedit paupéribus : justitia ejus manet in sæculum sæculi, \* cornu ejus exaltabitur in glória.

**P**eccátor vidēbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet : \* desiderium peccatórum peribit.

**Aña.** Profitémur, ô Daciâne, Christianæ religiōnis nos esse cultores, &

D 2                    unius

unius veri Dei servos , ac testes.

**Aña.** Pro Christi nōmine pugnatūri spirituália arma suscípimus , minas tuas , atque supplicia nihil metuentes.

Psalmus 112.

**L**AUDÁTE púeri Dómini num : \* laudáte nōmen Dómini.

**S**it nomen Dómini benedictum , \* ex hoc nunc , & usque in sæculum.

**A**solis ortu usque ad ocâsum , \* laudáble nōmen Dómini.

**E**xcélsus super omnes gentes Dóminus , \* & super cælos glória ejus.

**Q**uis sicut Dóminus Deus noster , qui in altis hábitat , \* & humília réspicit in cælo & in terra ?

**S**úscitans à terra ínopem , \* & de stércore erigens páuperem.

**U**t cóllocet eum cum principibus , \* cum principibus pópuli sui.

**Q**ui habitare facit stérilem in domo , \* matrem filiorum lætántem.

**Aña.** Pro Christi nōmine pugnatūri , spirituália arma suscípimus , minas tuas , atque supplicia nihil metuentes.

**Aña.** Cùm Vincéntius in equúleo discerperétur , hoc se semper optasse , & votis ómnibus exquisivísse dicébat.

Psalmus 116.

**L**AUDÁTE Dóminum omnes Gentes : \* laudáte eum omnes pópuli.

**Q**uóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : \* & véritas Dómini manet in ætérnum.

**Aña.** Cùm Vincéntius in equúleo discerperétur , hoc se semper optásse , & votis omnibus exquisivísse dicébat.

**Capitulum. Apoc. 3. b.**  
**Q**ui vícerit , vestiéatur vestiméntis albis , & non delébo no-

men

men ejus de libro vitæ , & confitêbor nomen ejus coràm Patre meo , & coràm Angelis ejus.

**Hymnus.** *Ex Prudent.*

**B**Êate Martyr prospera  
Diem triumphalem tuum;  
Quo sanguinis merces tibi  
Corôna vincénti datur.  
**H**ic te ex ténebris sæculi,  
Tortore victo , & jùdice,  
Evéxit ad cælum dies,  
Christóque ovântem réddidit.

**N**unc Angelorum párticeps  
Collúces insígni stola;  
Quam testis indomâbilis  
Rivis cruoris láveras.  
**A**desto nunc , & pércipe  
Voces précantûm suppli-  
ces,  
Nostri reâtus éfficax  
Orâtor ad thronum Patris.  
**L**aus , & perénnis glória  
Patri sit atque Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In sempitérna sæcula.  
Amen.

**V.** Glória & honôre coronâsti eum Dómine.

**E.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

**Aña.** Vincénti dabo édere de ligno vitæ , quod est in paradiso Dei mei, allelúia.

**Canticum B. Mariæ Virginis.** *Luc. I. c.*

**M**agnificat \* áнима mea Dóminum:  
**E**t exultâvit spíritus meus \* in Deo salutári meo.

**Q**uia respéxit humilitâtem ancillæ suæ : \* ecce enim ex hoc beâtam me dicent omnes generatiônes.

**Q**uia fecit mihi magna qui potens est : \* & sanctum nomen ejus.

**E**t misericórdia ejus à progenie in progenies \* timéntibus eum.

**F**ecit poténtiam in brachio suo : \* dispérsit supérbos mente cordis sui.

**D**epósuit potêntes de se-  
de,

de, \* & exaltâvit hú-  
miles.

**E**surientes implêvit bo-  
nis : \* & dívites dimîsit  
inánes.

**S**uscêpit Israël púerum  
suum , \* recordâtus mi-  
sericórdiæ suæ.

**S**icut locûtus est ad pa-  
tres nostros , \* Abraham,  
& semini ejus in sâcula.

**G**lória Patri , & Filio.

**A**ña. Vincénti dabo éde-  
re de ligno vitæ , quod  
est in paradiso Dei mei,  
allelúia.

### Oratio.

**A**DÉSTO DÓMINE sup-  
plicationibus no-  
stris , ut qui ex iniquitâte  
nostra reos nos esse co-  
gnoscimus , beáti Vincén-  
tii mártiris tui interces-  
siône liberémur. Per Dó-  
minum nostrum.

### AD MATUTINUM.

#### Invitat.

**C**hristum Dóminum , qui

beâtum coronâvit Vin-  
céntium , \* Venîte ado-  
rêmus.

**C**hristum Dóminum , qui  
beâtum coronâvit Vin-  
céntium , venîte adorê-  
mus.

### Psalm. 94.

**V**ENÎTE , exultémus  
Dómino , jubilê-  
mus Deo salutári nostro:  
præoccupémus fâciem e-  
jus in confessiône , & in  
psalmis jubilêmus ei.

**C**hristum Dóminum , qui  
beâtum coronâvit Vin-  
céntium , venîte adorê-  
mus.

**Q**UÓNIAm Deus magnus  
Dóminus , & Rex mag-  
nus super omnes deos:  
quóniam non repéllet Dó-  
minus plebem suam , quia  
in manu ejus sunt omnes  
fines terræ , & altitúdines  
móntium ipse cónspicit.

**V**enîte adorêmus.

**Q**UÓNIAm ipsius est mare,  
& ipse fecit illud , & ári-  
dam fundavérunt manus  
eius:

**E**jes: venîte adorêmus, & procidâmus ante Deum: plorêmus coram Dómino, qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pôpulus ejus, & oves páscuæ ejus.

**C**hristum Dóminum, qui beâtum coronâvit Vin- cêntium , venîte adorê- mus.

**H**ódiè si vocem ejus au- diéritis , nolîte obdurâre corda vestra , sicut in exacerbatiône secúndùm diem tentatiônis in deser- to : ubi tentavérunt me patres vestri , probavé- runt , & vidérunt ópera mea.

**V**enîte adorêmus.

**Q**uadragínta annis próxi- mus fui generatiôni huic, & dixi : Semper hi errant corde : ipsi verò non cog- novérunt vias meas , qui- bus jurâvi in ira mea , si introibunt in réquiem meam.

**C**hristum Dóminum, qui beâtum coronâvit Vin-

cêntium , venîte adorê- mus.

**G**loria Patri , & Filio, & Spirítui sancto : sicut erat in princíprio , & nunc, & semper , & in sæ- cula sæculôrum. Amen.

**V**enîte adorêmus.

**C**hristum Dóminum, qui beâtum coronâvit Vin- cêntium , venîte adorê- mus.

### Hymnus.

**C**Um jam satelles ím- pius  
Præcinctus atris légibus,  
Litâre divis géntium,  
Ferro & caténis cógeret.

**E**xclâmat híc Vincén- tius:

**T**u saxa , tu lignum co-  
las;

**T**u mortuôrum mórtuus  
Fias deôrum pôntifex.

**N**os lucis auctôrem Pa- trem,

Ejusque Christum Fí- lium,

**Q**ui solus, ac verus Deus,  
Daciâne , confitébimur.

**T**or-

**T**orménta , carcer , ún-  
gulæ,  
Stridénsque flammis lá-  
mina,  
Atque ipsa poénârum úl-  
tima  
Mors , Christiánis ludus  
est.

**D**eo Patri sit glória,  
Ejusque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc , & per omne sæ-  
culum. Amen.

### In primo Nocturno.

**Aña.** Vincéntius córpore  
licèt laceráto , & minístris  
torquéndo deficiéntibus,  
constans tamen in equú-  
leo , atque invictus per-  
stâbat.

### Psalmus I.

**B**Éatus vir , qui non  
ábiit in consilio im-  
piôrum , & in via pecca-  
tórum non stetit , \* & in  
cáthedra pestilentia non  
sedit:

**S**ed in lege Dómini vo-  
luntas ejus , \* & in lege

ejus meditábitur die ac  
nocte.

**E**t erit tamquam lignum,  
quod plantâtum est secus  
decúrsus aquârum,\* quod  
fructum suum dabit in  
témpore suo:

**E**t fólium ejus non de-  
fluet : \* & omnia quæ-  
cúmque fáciet prospera-  
búntur.

**N**on sic ímpii , non sic:  
\* sed tamquam pulvis,  
quem prójicit ventus à  
fácie terræ.

**I**deò non resúrgent ímpii  
in judicio : \* neque pec-  
catôres in consilio justô-  
rum.

**Q**uóniam novit Dómi-  
nus viam justôrum : \* &  
iter impiôrum perîbit.

**Aña.** Vincéntius córpore  
licèt laceráto , & minístris  
torquéndo deficiéntibus,  
constans tamen in equú-  
leo , atque invictus per-  
stâbat.

**Aña.** Depósitus ex equú-  
leo cùm ad ignem rape-  
rêtur , moras carnificum  
ar-

arguendo , ad poenam  
lætus properâbat.

## Psalmus 2.

**Q**UARE fremuérunt  
gentes , \* & pó-  
puli meditáti sunt  
inánia?

**A**stiterunt reges terræ,  
& príncipes convenérunt  
in unum \* adversùs Dó-  
minum , & adversùs Chri-  
stum ejus.

**D**irumpámus víncula eô-  
rum : \* & projiciámus à  
nobis jugum ipsòrum.

**Q**ui hábitat in cælis ir-  
ridébit eos : \* & Dómi-  
nus subsannâbit eos.

**T**unc loquétur ad eos in  
ira sua , \* & in furore suo  
conturbâbit eos.

**E**go autem constitûtu-  
sum Rex ab eo super Sion  
montem sanctum ejus , \*  
prædicans præceptum ejus.  
**D**óminus dixit ad me : \*  
Filius meus es tu , ego  
hodiè génui te.

**P**óstula à me , & dabo  
tibi gentes hæreditâtem

tuam , \* & possessiōnem  
tuam térmilos terræ.

**R**eges eos in virga fér-  
rea , \* & tamquam vas  
figuli confrínges eos.

**E**t nunc reges intelligi-  
te : \* erudimini qui ju-  
dicâtis terram.

**S**ervîte Dómino in timô-  
re : \* & exultâte ei cum  
tremôre.

**A**pprehéndite discipli-  
nam , nequândo irascâ-  
tur Dóminus , \* & pe-  
reâtis de via justa.

**C**ùm exárserit in brevi  
ira ejus , \* beati omnes  
qui confidunt in eo.

**AÑA.** Depósitus ex equú-  
leo , cùm ad ignem rape-  
rêtur , moras carníficium  
arguéndo , ad poenam læ-  
tus properâbat.

**AÑA.** Intrépidus candén-  
tis ferri máchinam ultrò  
conscéndit , & eréctis in  
cælum óculis Dóminus  
precabâtur.

**Psalmus 3.**  
**D**omine , quid mul-  
tiplicáti sunt qui  
E

tríbulant me? \* multi  
insúrgunt advérsūm me.

**M**ulti dicunt ánimæ meæ:  
\* Non est salus ipsi in  
Deo ejus.

**T**u autem Dómine sus-  
céptor meus es , \* glória  
mea , & exáltans caput  
meum.

**V**oce mea ad Dómi-  
num clamâvi : \* & ex-  
audívit me de monte san-  
cto suo.

**E**go dormívi , & sopo-  
rátus sum : \* & exur-  
réxi , quia Dóminus sus-  
cēpit me.

**N**on timêbo míllia pó-  
puli circumdántis me : \*  
exúrge Dómine , salvum  
me fac Deus meus.

**Q**uóniam tu percussísti  
omnes adversántes mihi  
sine causa : \* dentes pec-  
catórum contrivísti.

**D**ómini est salus : \* &  
super pópulum tuum be-  
nédictio tua.

**Aña.** Intrépidus candén-  
tis ferri máchinam ultrò  
conscéndit , & eréctis in

cælum óculis Dóminum  
precabâtur.

**V.** Glória & honôre co-  
ronâsti eum Dómine.

**P.** Et constituísti eum su-  
per ópera manuum tuâ-  
rum.

**P**ater noster. **Absolutio.**  
Exáudi Dómine.

**V.** Jube domne. **Bene-  
dictio.** Benedictiōne per-  
pétua.

De Epístola secúnda beá-  
ti Pauli Apóstoli ad  
Corínthios.

### Le<sup>t</sup>io i. Cap. 4. b.

**H**abémus thesaurum  
istum in vasis fictí-  
libus : ut sublímitas sit  
virtútis Dei , & non ex  
nobis. In ómnibus tribu-  
latiōnem pátimur , sed  
non angustiámur : apo-  
riámur , sed non desti-  
tuímur : persecutiōnem  
pátimur , sed non dere-  
linquimur : dejicimur , sed  
non perimus : semper  
mortificatiōnem Jesu in  
cór-

córpore nostro circumférentes , ut & vita Jesu manifestêtur in corpóribus nostris.

**R.** Custodívit eum Dóminus ab inimícis , & à seductóribus tutâvit illum : \* Certâmen forte dedit illi , ut víceret, & scíret quóniam omnium poténtior est sapientia.

**V.** Descéndit cum illo in fóveam : & in vínculis non derelíquit eum , & dedit illi claritâtem ætérnam. Certâmen. **Benedictio.** Unigénitus Dei Fílius.

### Lectio ii.

**S**Emper enim nos , qui vivimus , in mortem trádimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestêtur in carne nostra mortáli. Ergo mors in nobis operâtur , vita autem in vobis. Habéntes autem eúmdem spíritum fidei, sicut scriptum est : Cré-

didi propter quod locûtus sum : & nos crédimus , propter quod & lóquimur : sciéntes quóniam qui suscitâvit Je-sum , & nos cum Jesu suscitâbit , & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos : ut grátia abúndans , per multos in gratiârum actiône abún-det in glóriam Dei.

**R.** Si jubes pater sancte, respónsis judicem aggredi. Jam tibi , ô fili , di-víni verbi curam commíseram : \* Nunc quoquè pro fide , qua stamus, respónsa commítto. **V.** Magna jam pridèm cum laude , & crédi mihi pôpuli utilitâte , meo mûnere fungebâris. Nunc quoquè. **Benedictio.** Spi-ritus Sancti grátia.

### Lectio iii.

**P**ropter quòd nón deficimus : sed licet is, qui foris est , noster ho-mo corrumpâtur : tamèn

is , qui intus est , renovatur de die in diem. Id enim , quod in praesenti est momentaneum & leve tribulatiōnis nostræ , supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis , non contemplantibus nobis quæ vidēntur , sed quæ non vidēntur. Quæ enim vidēntur , temporalia sunt , quæ autem non vidēntur , æterna sunt.

**R.** Ecce jam in sublīme agor , & omnes príncipes tuos tyrānne despicio. \* Sum enim paratus ad omnia pro Christo tormēta perferēda.

**V.** Insurge ergo , & scies divīna me adjūtum virtute plus posse dum tórqueor , quam possis ipse qui tórques. Sum enim.

**G**lória Patri. Sum enim.

### In secundo Nocturno.

**Aña.** Oblātum est torréndum in cratícula nō-

bile Vincéntii corpus , sed illi cratícula lectus quietis erat.

### Psalmus 4.

**C**Um invocārem , exaudívit me Deus justitiæ meæ : \* in tribulatiōne dilatásti mihi.

**M**iserere mei , \* & exaudi oratiōnem meam.

**F**ili hóminum usquequò gravi corde ? \* ut quid diligitis vanitatem , & quæratis mendácium ?

**E**t scitote quóniam mirificavit Dóminus sanctum suum : \* Dóminus exaudi et me , cùm clamávero ad eum.

**I**rascímini , & nolite pecare : \* quæ dicitis in córdibus vestris , in cubilibus vestris compungímini.

**S**acrificáte sacrificium justitiæ , & speráte in Dómino : \* Multi dicunt:

**Q**uis osténdit nobis bona ? **S**ignátum est super nos

lu-

**I**lumen vultus tui Dómine : \* dedísti lætitiam in corde meo.

**A** fructu frumenti , vi- ni , & ólei sui \* multipli cati sunt.

**I**n pace in idípsum \* dòrmiam , & requiès- cam;

**Q**uóniam tu Dómine sin- gulariter in spe \* consti- tuisti me.

**Aña** Oblatum est torréndum in craticula nobile Vincéntii corpus , sed illi craticula lectus quiétis erat.

**Aña.** Discérptus , atque exústus Vincéntius uni- vérsis Ecclésiis odorem suæ sanctitatis infûdit.

### Psalmus 5.

**V** Erba mea áuribus pércepe Dómine , \* intellige clamorem meum.

**I** nténde voci orationis meæ , \* Rex meus & Deus meus.

**Q** uóniam ad te orábo : \*

Dómine manè exáudies vocem meam.

**M**ané astabo tibi & vi- dêbo : \* quóniam non Deus volens iniquitatem tu es.

**N**eque habitabit juxta te malignus ; \* neque per- manebunt injústi ante ócu- los tuos.

**O**dísti omnes , qui ope- rántur iniquitatem : \* perdes omnes , qui loquún- tur mendácium.

**V**irum sanguinum & do- lôsum abominabitur Dó- minus : \* ego autem in multitudine misericordiæ tuae.

**I**ntroibo in domum tuam: \* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

**D**ómine deduc me in ju- stitia tua , \* propter ini- micos meos dirige in con- spéctu tuo viam meam.

**Q**uóniam non est in ore eórum véritas : \* cor eórum vanum est.

**S**epulchrum patens est

gut-

guttur eorum , linguis suis dolosé agébant , \* júdica illos Deus.

**D**écidant à cogitationibus suis , secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos , \* quoniam irritaverunt te Dómine.

**E**t lætentur omnes , qui sperant in te , \* in æternum exultabunt , & habitabis in eis.

**E**t gloriabuntur in te omnes , qui diligunt nomen tuum , \* quoniam tu benedices justo.

**D**ómine , ut scuto bonæ voluntatis tuæ \* coronasti nos.

**Aña.** Discérptus , atque exüstus Vincéntius , univeresis Ecclésiis odorem suæ sanctitatis infudit.

**Aña.** Flammis quas pétulit , ómnium Christianorum corda calefecit.

### Psalmus 8.

**D**omine Dóminus noster , \* quam admi-

rabile est nomen tuum in univerasa terra !

**Q**uóniam elevata est magnificéntia tua , \* super cælos.

**E**x ore infántium & lætantium perfecisti laudem propter inimicos tuos , \* ut déstruas inimicum & ultorem.

**Q**uóniam vidébo cælos tuos , ópera digitorum tuorum : \* lunam & stellas , quæ tu fundasti.

**Q**uid est homo , quod memor es ejus ? \* aut filius hominis , quoniam visitas eum ?

**M**inuísti eum paulo minùs ab Angelis , glória & honore coronasti eum : \* & constituísti eum super ópera manuum tuarum.

**O**mnia subjecisti sub pedibus ejus , \* oves & boves univerisas : insuper & pécora campi.

**V**olucres cæli , & pisces maris , \* qui perambulant sémitas maris.

**D**ó-

**D**ómine Dóminus noster,  
\*quàm admirábile est no-  
men tuum in univer-  
sa terra!

**Aña.** Flammis quas pér-  
tulit, ómnium Christia-  
nôrum corda calefecit.

**V.** Posuísti Dómine su-  
per caput ejus. **R.** Corô-  
nam de lápide pretioso.

**P**ater noster. **Absolutio.**  
Ipsiús pietas. **V.** Jube  
domne. **Benedictio** Deus  
Pater omnípotens.

#### Lectio iv.

**V**Incéntius Oscæ in  
Híspania citeriore  
natus, ab ineúnte jam  
ætâte stúdio litterârum  
déditus, & sacris litteris  
eruditus fuit. Huic Va-  
lérius Cæsaraugustânus  
Episcopus, qui ob linguæ  
impediméntum prædica-  
tionis múnere fungi non  
póterat, partes prædicandi  
pro se Euangélîi com-  
miserat. Quòd cùm Da-  
ciánus, à Diocletiano &  
Maximiáno Hispániæ præ-

pósitus, qui Cæsaraugú-  
stam eo témpore vénérat,  
rescísset; Vincéntium unà  
cùm Valério capi, &  
utrùmque ad se Valén-  
tiám, quò tunc ipse pro-  
ficicebâtur, vínculum ad-  
dúci jubet. Ut autem eò  
ventum est, primùm in  
cárcerem & víncula illo  
in loco conjécti sunt, in  
quo nunc è régione tem-  
pli Metropolitani, intra  
platéam ipsi adjúnctam,  
sacéllum beâto Vincén-  
tio multis jam abhinc  
annis constrúctum & de-  
dicatum est. Ex quo ve-  
tustatis exémplo clarissi-  
mi Mártyris virtus quo-  
tidiè commendâtur, &  
hóminum pia ánimi de-  
vótio in dies magis augê-  
tur.

**R.** Ardêbat Vincéntius  
extrínsecús tyránni sæ-  
viéntis incéndiis, sed ma-  
jor illum intrínsecus Chri-  
sti amôris flamma torré-  
bat. \* Qui dum Chri-  
stum mente cogitâbat, frí-  
gi-

gidum illi erat quidquid patiebatur.

**V.** Sed nec póterat ígnium torménta sentire, qui paradísi refrigéria spíritu possidébat. Qui. **Benedictio.** Christus perpétuæ.

### Lectio v.

**Q**UORUM causa simul atque in judícium dedúcta fuit, Daciánus advérsùs Vincéntium, qui acrióri erat ingénio, gravíssimis torméntis animadvértere statim decrêvit. Ad eam ígitur platéam, quæ à ficu nomen obtinúerat, & templo beátæ Theclæ próxi- mè adjacet, in qua damnáti poenas tunc dare solébant, perdúctus Vincéntius, verbéribus acér- rimè cæsus fuit. Quo supplícií génere constantíssimè toleráto, quánta in illo esset ánimi virtus, apertè tyránnus intelléxit. Capiens ígitur vehemen-

tióribus torméntis illum superâre, in próximum, & angústum cárcerem, qui prædicti templi ædificiò comprehénsus póstea fuit, inclúdi ipsum, & in eo támdiù retinéri voluit, dō nec eôdem die & loco acrióra torménta perférre cogerétur. Itaque illic equúleo tortus, & ferreis úngulis crudelissimè exaratus, constántiam ánimi, & invíctam virtûtem ómnibus máximè declarâvit. Demùm ad eámdem illam templi Metropolitáni platéam redúctus, & craticulæ prunis subjéctis impósitus, cùm nulla tormentorum vi, aut aliqua lenitáte verbórum à propó sito dedúci posset, in cárcerem testáceis fragméntis stratum mittitur; ut vis acúminis concísam superjécti cóporis molem plus discinderet, & ingénti dolore prióra vulnera instauráret.

**R.**

**P.** Vincéntius nec tenebrósi cárceris angústiis, nec tormentorum superrátus est poénis. **¶** Qui cùm in ipso cruciátu Deum confitebátur, divinæ bonitatis auxilia cælitus capiébat.

**P.** Protector fuit illi Deus, & adjútor in tribulationibus. **Qui.** **Benedictio.** Ignem sui amôris.

### Lectione vi.

**T**andem cárcere nōtate illa cælesti lúmine illustráto, & custódibus insólito splendore obstupefáctis, Daciánus, ne si Vincéntius in poenis vitam finiret, victor evassisce, & coronam martyrii obtinuisse suis videretur, ab ipso illum edúci cárcere, & molli ac blandióri lecto confovéri mandávit: scilicet ut si amóto páululum carnifice, ánimam quiétus exhalaret, non esse occisus, sed mórtuus dicerétur; quasi

verò non eum poena pérmit, cum quo & poena simul perierit. Ibi igitur ad percipiéndam martyrii corónam spíritum emisit undécimo Kaléndas Februárii, circa annum Dómini trecentésimum séptimum; cujus corpus cùm projéctum esset inhumátum, corvus avis cadáverum edacissima, non solùm non áttigit, sed à reliquis étiam ávibus, & à lupo, únguis, rostro, & alis deféndit. Quare Daciáni jussu illud ipsum corpus ingénti saxo alligátum in altum mare demersum fuit. Omnipoténtis tamen Dei virtute priusquam náutæ ipsi, licet prævenire certârent, ad terram appulissent, in littus relatum pia Christianórum cura fuit sepultum.

**P.** Sicut Vincéntius furéntibus non cessit tormentis, ita nec nos tribulatio à Christo sejungat.

F

gat.

gat. \* Certè nullis superári póterit periculis, qui sincèra ac viva fide Deum concéperit.

**V**idelicet, strenuúmque Christi Mártyrem nulla persecutôris immánitas dejícere potuit. Certè. Glória Patri. Certè.

### In tertio Nocturno.

**Aña.** Vincéntium multitudo poenârum superâre non potuit, quem multitudo virtûtum præmuniérat.

### Psalm. 10.

**I**N Dómino confido: quómodò dícitis ánimæ meæ: \* Transmigra in montem sicut passer?

**Q**uóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretra, \* ut sagittent in obscuro rectos corde.

**Q**uóniam quæ perfecisti, destruxerunt: \* justus autem quid fecit?

**D**óminus in templo san-

cto suo, \* Dóminus in cælo sedes ejus: Oculi ejus in páuperem respíciunt: \* pálpebræ ejus intérrogant filios hóminum.

**D**óminus intérrogat justum & ímpium: \* qui autem díligit iniquitatem, odit ánimam suam.

**P**lueret super peccatóres láqueos: \* ignis, & sulphur, & spíritus procellârum, pars cálicis eorum. Quóniam justus Dóminus, & justítias diléxit: \* æquitatem vedit vultus ejus.

**Aña.** Vincéntium multitudo poenârum superâre non pótuit, quem multitudo virtûtum præmuniérat.

**Aña** Horréndo inclûsus cârcere, Angelôrum præsentia, dulcique modulatiōne reficiebâtur.

### Psalm. 14.

**D**omine, quis habbit in tabernáculo

lo tuo? \* aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

**Q**ui ingréditur sine mácula, \* & operátur justítiā:

**Q**ui lóquitur veritátem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua:

**N**ec fecit próximo suo malum, \* & oppróbrium non accépit adverſus próximos suos,

**A**d nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malíg-nus: \* timéntes autem Dóminum glorificat:

**Q**ui jurat próximo suo, & non décipit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocéntem non ac-cépit.

**Q**ui facit hæc, \* non movébitur in ætérnum.

**Añā.** Horréndo inclūsus cárcere, Angelórum præ-sentia, dulcique modu-latiōne reficiebâtur.

**Añā.** Ab eo, pro cuius nómine fidélitèr decertásti, corôna tibi, ô Vin-

cénti, fuit in cælestibus præparâta.

### Psalm. 20.

**D**omine in virtûte tua lætâbitur rex: \* & super salutáre tuum exultâbit veheménter.

**D**esidérium cordis ejus tribuísti ei: \* & volun-tate labiōrum ejus non fraudásti eum.

**Q**uóniam prævenísti eum in benedictiōnibus dulcé-dinis: \* posuísti in capi-te ejus corônam de lápi-de pretioso.

**V**itam pêtiit à te: \* & tribuísti ei longitúdinem diērum in sæculum, & in sæculum sæculi.

**M**agna est glória ejus in salutári tuo: \* gloriā & magnum decòrem im-pónes super eum.

**Q**uóniam dabis eum in benedictiōnem in sæcu-lum sæculi: \* lætificâbis eum in gáudio cum vul-tu tuo.

**Q**uóniam rex sperat in

Dómino : \* & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

**I**nveniá tur manus tua ómnibus inimícis tuis : \* déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

**P**ones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui : \* Dóminus in ira sua conturbábit eos , & devorâbit eos ignis.

**F**ructum eorum de terra perdes : \* & semen eorum à filiis hóminum.

**Q**uóniam declinavérunt in te mala : \* cogitavérunt consilia , quæ non potuérunt stabilire.

**Q**uóniam pones eos dorsum : \* in reliquiis tuis præparâbis vultum eorum.

**E**xaltâre Dómine in virtute tua : \* cantábimus & psallémus virtutes tuas.

**A**ña. Ab eo , pro cuius nómine fidéliter decertâsti , corôna tibi , ô Vincénti fuit in cælestibus præparâta.

**V** Magna est glória ejus in salutári tuo.

**M** Glóriam & magnum decôrem impónes super eum. **P** ater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V**. Jube domne. **Benedictio.** Euangélica léctio.

Lectio sáncti Euangélii secúndùm Matthæum.

**Lectio vii. Cap. 16. d.**

**I**N illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Si quis vult post me venire , ábneget se metípsum , & tollat crucem suam , & sequátur me. Et réliqua.

Homilia sancti Joânnis Chrysostomi.

*Homilia 56. ex cap. 16. Matth. sub initium.*

**Q** Uanta passiónis es- set utilitas , probare volens Dómi- nus , non se solúmmodò pati oportere osténdit:

**vo-**

verùm étiam & discípulos  
in id tandem deventúros  
esse prænúntiat. Tanta  
enim , ait illis , istius rei  
utilitas est , ut non benè  
vobiscum agâtur , si hanc  
mortem effugiâtis ; bea-  
tissimi autem sitis , si pa-  
ráti semper ad patiéndum  
fueritis. Tu autem per-  
pénde quómodò nullo pa-  
cto cogitoratio ; non enim  
dixit : oportere illos pati,  
vellent , nollent , sed  
quid? Si quis , ait , vult  
venire post me. Non ím-  
pello , non úrgeo : sed lí-  
beram singulórum volun-  
tatem efficiens , dico : Si  
quis vult. Non enim ad  
afflictiones & ónera , nec  
ad supplicia & poenas , ut  
cögere mihi opus sit : sed  
ad ineffabilia bona cón-  
voco , quorum ea natúra  
est , ut fácilè per se ip-  
sam vos invitare possit.  
Nullam itaque vim infe-  
ro , nec cogo : sed eos  
dumtaxat voco , qui me  
sequi volunt. Nec istud

sequi , quod modò fáci-  
tis post me veniéntes , in-  
telligere me arbitrémini.  
Multis labóribus vobis  
opus erit , multa pericula  
subeúnda , si me illo mo-  
do sequi constituératis.  
**R.** Martyr Dei gloriósus  
supplícia constánter sustí-  
nuit , \* Et per immanitâ-  
tem tormentórum ad so-  
cietátē Angelórum per-  
vénit. **V.** Cujus intercés-  
sio nobis obtineat véniam ,  
qui gloriósam consecútus  
est palmam. Et. **Benedi-  
ctio.** Cujus festum cóli-  
mus.

### Lectio viii.

**M**ínimè autem one-  
rōsam oratiōnem  
réddit ; quia non ipsis so-  
lis hæc imminère , sed  
commúniter ómni terrâ-  
rum orbi propónit , di-  
cens : Si quis vult , sive  
vir , sive múlier , sive  
prínceps , sive subditus ,  
hanc viam ingrediâtur.  
Et sermo quidem unum  
quid

quid significare videtur, tria tamen continet, abnegationem tui ipsius, & ut crucem accipias, & tertio ut Christum sequaris, quorum duo conjuncta sunt, unum per se ipsum separatim ponitur. Consideremus igitur prius, quid sit abnegare seipsum. Certè si intellexeris, quid sit alium abnegare, tunc recte percipes, quid sit abnegare te ipsum. Quid igitur est abnegare alium? Qui alium jam abnegavit, fratrem puta, aut servum, aut quemvis alium, si cædi eum virgis videat, si arceri vinculis, demum quidquid aliud mali pati eum conspererit, non occurrit, non auxiliatur, non flebitur, nec prorsus ullo modo movetur, ceu ille qui penitus ab illo alienatus est. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parcere vult; ut neque si cæditur,

que si pellitur, neque si uritur, nec si quid aliud hujusmodi patitur, ei parcamus.

**R.** Sicut abundarunt passiones Christi in beato Martyre, ita & per Christum abundavit consolatio. \* Sic qui passionum ejus fuerint socii, erunt & consolationis.

**V.** Constanter passus pro Christo Vincens, solamen in poenis, & æternna demum consecutus est gaudia. Sic. **Gloria Patri.** Sic. **Benedictio.** Ad societatem.

### Lectione ix.

**T**ollat, inquit, crucem suam. Nam ne quis putet ad verba usque tantummodo, ad contumelias & opprobria abnegationem hanc sui fieri oportere, id subjunxit; ut videoas abnegandos nos esse usque ad mortem, & mortem turpissimam, quam designans, non dixit;

xit ; abneget se ipsum usque ad mortem ; sed tollat crucem suam , mortem ignominiosam significans. Et non semel , nec bis , sed continuè per totam vitam hanc tecum mortem circumferas , & continuè ad necem paratissimus sis. Multi quidem pecunias contempsere , multi delicias vitae , ac gloriam conculcaverunt , mortem autem despicer non potuerunt ; sed pericula & dolores formidárunt. Ego verò ad effusiónem usque sanguinis volo certatores meos luctari , & ad necem usque pugnam continuare.

Hymnus Ss. Ambrosii  
& Augustini.

**T**E Deum laudamus : te Dóminum confitémur.

**T**e ætérnum Patrem : omnis terra veneratur.

**T**ibi omnes Angeli : ti-

bi cæli , & univérsæ potestates :

**T**ibi Chérubim & Seraphim : incessábili voce proclámant :

**S**anctus , Sanctus , Sanctus : Dóminus Deus sabaoth :

**P**leni sunt cæli , & terra majestatis gloriæ tuæ.

**T**e gloriósus Apostolorum chorus ,

**T**e Prophetarum laudabilis numerus ,

**T**e Mártyrum candidátus laudat exércitus.

**T**e per orbem terrarum , sancta confitetur Ecclésia ,

**P**atrem imménsæ majestatis ,

**V**enerandum tuum verum & únicum Fílium ,

**S**anctum quoquè Paraclitum Spíritum .

**T**u Rex gloriæ Christe .

**T**u Patris sempiternus es Filius .

**T**u ad liberandum suscepiturus hóminem : non horruisti Vírginis úterum .

**T**u devicto mortis áculeo :

leo : aperuisti credéntibus  
regna cælorum.

**T**u ad dexteram Dei se-  
des : in glória Patris :

**J**udex créderis esse ven-  
turus.

**T**e ergo quæsumus , tuis  
fámulis subveni : quos  
pretioso sanguine rede-  
misti.

**A**eterna fac cum sanctis  
tuis : in glória numerári.

**S**alvum fac pópulum  
tuum Dómine : & bene-  
dic hereditati tuæ.

**E**t rege eos : & extölle  
illos usque in ætérnum.

**P**er singulos dies bene-  
dícimus te.

**E**t laudamus nomen tuum  
in sǽculum : & in sǽcu-  
lum sǽculi.

**D**ignare Dómine die isto:  
sine peccáto nos custo-  
dire.

**M**iserere nostri Dómine:  
miserere nostri.

**F**iat misericórdia tua Dó-  
mine super nos : quemad-  
modum sperávimus in te.

**I**n te Dómine sperávi:

non confundar in ætér-  
num.

## A D L A U D E S

& per Horas. Aña.

**I**Nvictus Martyr Vin-  
céntius , victo tyrán-  
no , insignem hodiè victó-  
riæ palmam cælo intulit.

## Psalmus 92.

**D**Ominus regnâvit,  
decôrem indûtuſ  
est : \* indûtuſ est Dómi-  
nus fortitudinem , & præ-  
cinxit ſe.

**E**tenim firmâvit orbem  
terræ , \* qui non commo-  
vébitur.

**P**arâta ſedes tua ex tunc  
\* à sǽculo tu es.

**E**levavérunt flúmina Dó-  
mine : \* elevavérunt flú-  
mina vocem suam.

**E**levavérunt flúmina flu-  
etus ſuos , \* à vocibus  
aquârum multârum.

**M**irábles elationes ma-  
ris , \* mirabilis in altis  
Dóminus.

**T**e-

**T**estimónia tua credibília facta sunt nimis : \* dominum tuam decet sanctitudo Dómine in longitudinem diērum.

**Aña.** Invictus Martyr Vincéntius , victo tyranno , insignem hodiè victoriæ palmam cælo intulit.

**Aña.** Valérius Episcopus , & ejus Levita Vincéntius spe felicis victoriæ illécti , ad confessiōnem Christi aláriter currerunt.

### Psalmus 99.

**J**ubiláte Deo omnis terra ; \* servite Dómino in lætitia.

**I**ntroîte in conspéctu ejus , \* in exultatiōne.

**S**cítote quóniam Dóminus ipse est Deus : \* ipse fecit nos , & non ipsi nos.

**P**opulus ejus , & oves pascuæ ejus : \* introîte portas ejus in confessiō-

ne , átria ejus in hymnis: confitémini illi.

**L**audáte nomen ejus: quóniam suavis est Dóminus , in ætérnum misericórdia ejus , \* & usque in generationem & generationem véritas ejus.

**Aña.** Valérius Episcopus , & ejus Levita Vincéntius spe felicis victoriæ illécti , ad confessiōnem Christi aláriter currerunt.

**Aña.** Profitémur , ô Daciâne , Christianæ religiōnis nos esse cultóres , & unius veri Dei seruos , ac testes.

### Psalmus 62.

**D**eus Deus meus \* ad te de luce vigilo.

**S**itîvit in te áнима mea , \* quàm multipliciter tibi caro mea.

**I**n terra deserta , & ínia , & inaquósa : \* sic in sancto appárui tibi , ut vidêrem virtutem tuam , & glóriam tuam.

**G**

**Quó-**

**Q**uóniam mélior est misericórdia tua super vi-tas : \* lábia mea laudá-bunt te.

**S**ic benedícam te in vita mea : \* & in nómine tuo levábo manus meas.

**S**icut ádipe & pingué-dine repleátur ánima mea : \* & lábiis exulta-tiōnis laudábit os meum.

**S**i memor fui tui super stratum meum , in matu-tínis meditábor in te : \* quia fuísti adjútor meus.

**E**t in velamento alârum tuârum exultâbo , ad-hæsit ánima mea post te : \* me suscêpit déx-tera tua.

**I**psi verò in vanum quæ-siérunt ániam meam, introîbunt in inferiôra terræ : \* tradentur in manus gládii , partes vúl-pium erunt.

**R**ex verò lætábitur in Deo , laudabúntur om-nes qui jurant in eo : \* quia obstrúctum est os lo-quéntium iniqua.

**H**ic non dicitur , Gló-ria Patri.

### Psalmus 66.

**D**EUS misereâtur no-stri , & benedícat nobis : \* illúminet vul-tum suum super nos , & misereâtur nostri.

**U**t cognoscâmus in ter-ra viam tuam : \* in óm-nibus géntibus salutáre tuum.

**C**onfiteántur tibi pópuli Deus : \* confiteántur ti-bi pópuli omnes.

**L**æténtur & exúltent géntes : \* quóniam ju-dicas pópulos in æqui-tate , & géntes in terra dírigis.

**C**onfiteántur tibi pópuli Deus : confiteántur tibi pópuli omnes : \* terra dedit fructum suum.

**B**enedícat nos Deus, Deus noster , benedícat nos Deus : \* & métuant eum omnes fines terræ.

**G**lória Patri.

Aña.

**Aña.** Profitemur, ô Daciâne, Christianæ religiônis nos esse cultôres, & unius veri Dei servos, ac testes.

**Aña.** Pro Christi nômine pugnatûri, spirituâlia arma suscipimus, minas tuas, atque supplicia nihil metuêntes.

**Canticum trium puero-  
rum.** *Dan. 3.*

**B**enedicite ómnia ópe-  
ra Dómini Dómino:  
\* laudáte & superexaltâ-  
te eum in sæcula.

**B**enedicite Angeli Dómi-  
ni Dómino: \* benedici-  
te cæli Dómino.

**B**enedicite aquæ omnes,  
quæ super cælos sunt,  
Dómino: \* benedicite  
omnes virtutes Dómini  
Dómino.

**B**enedicite sol & luna  
Dómino: \* benedicite  
stellæ cæli Dómino.

**B**enedicite omnis imber  
& ros Dómino: \* bene-

dícite omnes spíritus Dei  
Dómino.

**B**enedicite ignis & æstus  
Dómino: \* benedicite  
frigus & æstus Dómino.

**B**enedicite rores & pruî-  
na Dómino: \* benedí-  
cite gelu & frigus Dó-  
mino.

**B**enedicite glâcies & ni-  
ves Dómino: \* benedicite  
noctes & dies Dómino.

**B**enedicite lux & téne-  
bræ Dómino: \* benedí-  
cite fulgura & nubes Dó-  
mino.

**B**enedicat terra Dómi-  
num: \* láudet & super-  
exáltet eum in sæcula.

**B**enedicite montes & col-  
les Dómino: \* benedí-  
cite univérsa germinán-  
tia in terra Dómino.

**B**enedicite fontes Dómi-  
no: \* benedicite mária  
& flúmina Dómino.

**B**enedicite cete, & ómnia  
quæ movéntur in aquis,  
Dómino: \* benedicite om-  
nes vólucres cæli Dómino.

**B**enedicite omnes béstiae

& pécora Dómino : \* benedícite filii hóminum Dómino.

**B**enedícat Israël Dómini num : \* láudet & superexáltet eum in sæcula.

**B**enedícite sacerdôtes Dómini Dómino : \* benedícite servi Dómini Dómino.

**B**enedícite spíritus & ánimæ justorum Dómino : \* benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

**B**enedícite Ananía , Azaría , Misaël Dómino : \* laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

**B**enedicâmus Patrem & Filium cum sancto Spíritu : \* laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

**B**enedictus es Dómine infirmaménto cæli : \* & laudábilis , & gloriôsus , & superexaltátus in sæcula.

**H**ic non dicitur Glória Patri , neque Amen.

**I**n aliis Canticis dicuntur.

**A**ña. Pro Christi nómine pugnatùri , spirituália aima suscipimus , minas tuas , atque supplícia nihil metuéntes.

**A**ña Cùm Vincéntius in equúleo discerperétur, hoc se semper optâsse, & votis ómnibus exquisivisse dicêbat.

### Psalmus 148.

**L**AUDATE Dóminum de cælis : \* laudáte eum in excelsis.

**L**AUDATE eum omnes Angeli ejus : \* laudáte eum omnes virtutes ejus.

**L**AUDATE eum sol & luna : \* laudáte eum omnes stellæ , & lumen.

**L**AUDATE eum cæli cælorum : \* & aquæ omnes quæ super cælos sunt, láudent nomen Dómini.

**Q**uia ipse dixit , & facta sunt : \* ipse mandâvit, & creâta sunt.

**S**tátuit ea in ætérnum , & in sæculum sæculi : \* præcēp-

cēptum posuit , & non  
præteribit.

**L**audâte Dóminum de  
terra , \* dracónes , &  
omnes abyssi.

**I**gnis, grando, nix, glácies,  
spíritus procellárum : \*  
quæ fáciunt verbum ejus.

**M**ontes & omnes colles:  
\* ligna fructífera & om-  
nes cedri.

**B**estiæ & univérsa péco-  
ra : \* serpéntes & vólu-  
cres pennátæ.

**R**eges terræ , & omnes  
pópuli : \* príncipes &  
omnes júdices terræ.

**J**uvenes , & vírgines , se-  
nes cum junióribus láu-  
dent nomen Dómini : \*  
quia exaltátum est no-  
men ejus solius.

**C**onfessio ejus super cæ-  
lum & terram : \* & exal-  
távit cornu pópuli sui.

**H**ymnus ómnibus sanctis  
ejus : \* filiis Israël , pópu-  
lo appropinquánti sibi.

**H**ic non dicitur , **G**ló-  
ria Patri.

## Psalmus 149.

**C**antâte Dómino cán-  
ticum novum : \*  
laus ejus in Ecclésia San-  
ctórum.

**L**ætêtur Israël in eo , qui  
fecit eum : \* & filii Sion  
exultent in rege suo.

**L**áudent nomen ejus in  
choro : \* in tympano &  
psaltério psallant ei :

**Q**uia beneplácitum est  
Dómino in pópulo suo : \*  
& exaltâbit mansuétos in  
salûtem.

**E**xultábunt sancti in gló-  
ria : \* lætabúntur in cu-  
bilibus suis.

**E**xaltatiónes Dei in gút-  
ture eórum : \* & gládii  
ancípites in máníbus eó-  
rum :

**A**d faciéndam vindictam  
in natióibus , \* increpa-  
tiónes in pópulis.

**A**d alligándos reges eó-  
rum in compédibus : \*  
& nóbiles eórum in má-  
nicis férreis.

U.t

**U**t fácient in eis judí-  
cium conscríptum : \*  
glória hæc est ómnibus  
sanctis ejus.

**H**ic non dicitur , **G**ló-  
ria Patri.

**Psalmus 150.**

**L**AUDATE DÓMINUM in  
sanctis ejus : \* lau-  
dáte eum in firmaménto  
virtutis ejus.

**L**AUDATE eum in virtu-  
tibus ejus : \* laudáte eum  
secundum multitúdinem  
magnitudinis ejus.

**L**AUDATE eum in sono tu-  
bæ : \* laudáte eum in  
psaltério , & cíthara.

**L**AUDATE eum in tympa-  
no & choro : \* laudáte  
eum in chordis & ór-  
gano.

**L**AUDATE eum in cymba-  
lis benesonántibus : lau-  
dáte eum in cymbalis ju-  
bilationis : \* omnis spí-  
ritus láudet Dóminum.

**G**lória Patri.

**A**ña. Cùm Vincéntius  
in equíleo discerperétur,  
hoc se semper optásse,  
& votis ómnibus exqui-  
sivisse dicébat.

**Capitulum.** Apoc. 3. b.

**Q**Ui vícerit , vestiétur  
vestiméntis albis,  
& non delêbo no-  
men ejus de libro vitæ,  
& confitêbor nomen ejus  
coràm Patre meo , & co-  
ràm Angelis ejus.

**Hymnus.**

**D**Ecúrsa Vincénti tibi  
Poénæ minâcis mû-  
nia ;  
Pulchróque mortis éxitu,  
Omnis perácta est pássio.  
**S**pectâtor hæc Christus  
Deus ,  
Compénsat ævo intérmi-  
mino ,  
Suæque collégam crucis,  
Larga corónat déxtera.  
**P**er te per illum cárce-  
rem

**Ho-**

Honoris augmentum tui  
Per vincla, flamas, un-  
gulas,

Per carceralem stipitem.

**T**e deprecamur poscito,  
Placatus ut Christus suis  
Inclinet aurem prospes-  
ram,

Noxas nec ullas imputet.

**L**aus & perennis gloria  
Patri sit atque Filio,  
Sancto simul Paracclito,  
In sempiterna saecula.

Amen.

**V.** Justus ut palma flo-  
rebit.

**R.** Sicut cedrus Libani  
multiplicabitur.

### Antiphona.

Qui non bajulat crucem  
suam, & venit post me,  
non potest meus esse dis-  
cipulus, ait Dominus.

### Canticum Zacharie.

*Lucæ I. g.*

**B**enedictus Dominus  
Deus Israël, \* quia

visitavit, & fecit redemp-  
tionem plebis suæ:

**E**t erexit cornu salutis  
nobis: \* in domo David  
pueri sui.

**S**icut locutus est per os  
sanctorum, \* qui à saeculo  
sunt, prophetarum ejus:

**S**alutem ex inimicis no-  
stris, \* & de manu omnium,  
qui odérunt nos:  
**A**d faciéndam misericórdiam  
cum pátribus no-  
stris: \* & memorári te-  
stamenti sui sancti.

**J**usjurandum, quod ju-  
ravit ad Abraham pa-  
trem nostrum, \* datū-  
rum se nobis:

**U**t sine timore, de ma-  
nu inimicorum nostrorum  
liberati, \* serviâ-  
mus illi.

**I**n sanctitate & justitia  
coram ipso, \* omnibus  
diēbus nostris.

**F**u puer, Propheta  
Altissimi vocaberis: \*  
præibis enim ante faciem  
Domini parare vias ejus;

**A**d dandam sciéntiam sa-  
lū-

lūtis plebi ejus : \* in remissionem peccatorum eorum.

**P**er viscera misericordiae Dei nostri : \* in quibus visitavit nos , oriens ex alto :

**I**lluminare his , qui in tenebris , & in umbra mortis sedent : \* ad dirigidos pedes nostros in viam pacis.

**Glória Patri.**

**Aña.** Qui non bájulat crucem suam , & venit post me , non potest meus esse discípulus , ait Dóminus.

### Oratio.

**A**d hunc Dómine supplicationibus nostris : ut qui ex iniuitate nostra reos nos esse cognoscimus , beati Vincentii Mártyris tui intercessione liberémur. Per Dóminum nostrum.

**Ad Tertiam , Aña.**

Valérius Episcopus.

**Capitul.** Qui vicerit. 36.  
**R. brev.** Glória & honore , \* Coronasti eum Dómine. Glória & honore. **V.** Et constituisti eum super ópera manuum tuarum. Coronasti. **Glória Patri.** Glória & honore. **V.** Posuisti Dómine super caput ejus. **R.** Corónam de lápide pretioso.

**Ad Sextam , Aña.**

Profitemur , o Daciâne.

**Capitulum.** Apoc. 2. e.

**V**Incénti dabo manna abscónditum & dabo illi cálculum cándidum , & in cálculo nomen novum scriptum , quod nemo scit , nisi qui accipit.

**R. brev.** Posuisti Dómine , \* Super caput ejus. Posuisti. **V.** Corónam de lápide pretioso. Super **Glória Patri.** Posuisti. **V.** Magna est glória ejus in

in salutári tuo. **P.** Gló-  
riam & magnum decórem  
impónes super eum.

**Ad Nonam , Aña.**

Cùm Vincéntius.

**Capitulum. Apoc. 3. c.**

**Q**ui vicerit fáciam il-  
lum colúmnam in  
templo Dei mei,  
& forás non egrediétur  
ámplius : & scribam su-  
per eum nomen Dei mei.

**brev.** Magna est gló-  
ria ejus , \* In salutári  
tuo. Magna est glória.

**P.** Glóriam & magnum  
decórem impónes super  
eum. In salutári. **G**lória  
Patri. Magna est. **J**u-  
stus ut palma florébit. **P.**  
Sicut cedrus Líbani mul-  
tiplicábitur.

**Ad Vespertas Antipho-**  
**næ** , & Psalmi ut supra  
in primis Vesperis 7. &  
loco ultimi.

**Psalmus 115.**

**C**RÉDIDI , propter  
quod locútus sum:  
\* ego autem humiliátus  
sum nimis.

**E**GO dixi in excéssu meo:

\* Omnis homo mendax.

**Q**uid retríbuam Dómi-  
no , \* pro ómnibus quæ  
retríbuit mihi ?

**C**ÁLICEM salutáris accí-  
piam : \* & nomen Dó-  
mini invocábo.

**V**ota mea Dómino red-  
dam coram omni pôpulo  
ejus : \* pretiôsa in cons-  
péctu Dómini mors san-  
ctórum ejus.

**O**DÓMINE , quia ego ser-  
vus tuus : \* ego servus  
tuus , & filius áncillæ  
tuæ.

**D**IRUPÍSTI víncula mea : \*  
tibi sacrificábo hostiam  
láudis , & nomen Dómi-  
ni invocábo.

**V**ota mea Dómino red-  
dam in conspéctu omnis  
pôpuli ejus : \* in átriis  
H do,

domus Dómini , in me-  
dio tui Jerúsalem.

**Capitulum , & Hym-**  
**nus etiam ut supra in pri-**  
**mis Vesperis 10.**

- ¶. Justus ut palma flo-  
rêbit.  
¶. Sicut cedrus Libani  
multiplicábitur.

**Ad Magnificat , Aña.**

Egrégius Christi Martyr  
Vincéntius felicis pugnæ  
agône pro fide constânter  
expléto , tandem corpó-  
reis vínculis solûtus spí-  
ritum Deo réddidit.

**Oratio. Adéstō Dómine**  
**I2.**

Deinde fit commemo-  
ratio tantum S. Ildefonsi  
Conf. Pontif.

**Aña.** Sacérdos & Pón-  
fex , & virtûtum ópifex,  
pastor bone in pópulo,  
ora pro nobis Dóminum.

¶. Amâvit eum Dómi-  
nus , & ornâvit eum.  
¶. Stolam glóriaꝝ induit  
eum.

**Oratio.**

**D** Eus , qui per glo-  
riosissimam Filii  
tui Matrem beátum Il-  
defónsum Confessorem  
tuum atque Pontíficem,  
misso de thesáuris cælé-  
stibus múnere , decorásti  
concéde propítius ; ut pe-  
ejus preces & mérita,  
múnera capiâmus æter-  
na. Per eumdem Dómi-  
num nostrum , &c.

**DIE XXIX. JANUAR.**

**In Octava S. Vincentii  
Mart. duplex.**

Omnia dicuntur sicut  
in die festo fol. 7. pra-  
ter sequentia.

**In primo Nocturno,**  
**Lectiones de Scriptura**  
**occurrente.**

**Ia**

## In secundo Nocturno.

Sérmo Sancti Augustíni  
Episcopi.

*Serm. 2. de S. Vincentio qui  
est 13. de Sanctis.*

## Lectio iv.

Cunctorum licet, dilectissimi, glorioas  
Mártirum passiones, quos  
distincta régionibus loca  
meruerunt, una fides fá-  
ciat omnibus indiscréto  
honore venerabiles: pró-  
priam tamen sibi in hoc ve-  
nerationis obséquio vén-  
dicant dignitatem, qui  
Ecclésiam Dei, & docu-  
méntis præ céteris ere-  
xerunt, & patrociniis ad-  
juvérunt. Inter quos ju-  
stè beátum Levítam Vin-  
centium cuius confessio-  
ne, & morte Christum  
incrédulis prædicatum in-  
cunctanter agnoscimus,  
cathólicis stúdiis celebrâ-  
mus. Qui ut fidélium

devotionem Deo studiós-  
siús commendâret, al-  
tiori charitatis flammés-  
cens affectu, morti sese  
tandem fidéliter obtulit:  
quo videlicet robur fidei  
in solidissima petra Chri-  
sto fundátum, sequáci-  
bus imitandum darétur:  
neconon, & semen Apo-  
stolicæ prædicationis per  
eum plúribus disseminá-  
tum, ope suæ interces-  
sionis tutum, & perfé-  
ctæ consummatiōnis fru-  
ge refértum, in cælesti-  
bus demùm hórreis con-  
deretur.

R. Ardēbat Vincéntius  
extrínsecus tyranni sæ-  
viéntis incéndiis, sed ma-  
jor illum intrínsecus Chri-  
sti amoris flamma torrē-  
bat. \* Qui dum Christum  
mente cogitabat, frigidum  
illi erat quidquid patie-  
batur. ¶ Sed nec póterat  
ignium torménta sentí-  
re, qui paradisi refri-  
gérie spiritu possidēbat.  
Qui.

H 2

Le

## Lectio v.

**H**unc ergo amplius propria venerentur, quem etiam peregrina mirantur: quatenus eis se largiorem exhibeat in beneficiis, quibus se amabilorem cognoscet in gaudiis: siatque in ejus solemnitate uberior laetitiae ambitus, de quo fidei crevit effectus. Hujus denique spiritus tanto virtutum munere clarius, ut sacri ministerii fultus officio, qui filium Dei Dominum nostrum secuturus esset in passione, ejusdem Christi calicem credentibus prius ministraret in salutem. Cujus haustus feliciter mente ebriatus rabidi hostis, atque in Christum saevientis insaniam interritus adiit: modestus sustinuit, securus irrigit: sciens paratus esse, ut resisteret, nesciens elatus esse quod vin-

ceret; quia cuius amore spirituálibus armis præmunitus resistébat, ejus adjutorio quidquid poenarum in illum ferientis ira excogitabat, insuperabilis fortiter patiendo vincébat.

**V**incéntius nec tenebrósi cárceris angustiis, nec tormentorum supératus est poenis: \* Qui cum in ipso cruciátu Deum confitebatur, divinæ bonitatis auxilia cælitus capiebat. \* Pro-tector fuit illi Deus, & adjutor in tribulatióibus. Qui,

## Lectio vi.

**I**deò non hunc lámīna ignitæ sartáginis, non equílei, non úngula, ferreæque manus, non vires pavéndæ cædentiū, non dolor scissorum membrorum, non foçi fragor, & strepentis in patiéntis viscéribus salis injéctio, Daciáni qui-

vé-

vérunt aliquátenus súbdere jussíoni : sed dum in tantum ejus vecórdiæ tumor excréseret , ut tantis passiōnis subáctum doloribus , aut vicísse , aut interemisse se lætabündus extólleret , suscépta spe frustrátus , undè victor vius est apparêre , inde victus compúlsus est eru-bescere : Quóniam quò Dei Martyr durióri urgebâtur poena , eò ampliori confessiōnis exultâbat constantia.

**S**icut Vincéntius fúrentibus non cessit tor-méntis , ita nec nos tribulatio à Christo sejún-gat. \* Certè nullis superári póterit periculis qui sincera ac viva fide Deum concéperit. \* Fi-delem strenuumque Chri-sti Mártyrem nulla per-secutoris immánitas dejí-cere potuit. Certè.

**G**lória Patri. Certè.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Euangélii secundùm Matthæum.

**Lectio vii. cap. 16.d.**

**N** illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Si quis vult post me ve-nire ábneget semetípsum, & tollat crucem suam , & sequátur me. Et réliqua.

Homilia sancti Hieróny-mi Presbyteri.

*Lib.3. Comment.in cap.16.  
Matth. prope finem.*

**Q** ui depónit veterem hóminem cum opéribus suis , dénegat semetípsum dicens: Vivo autem non ego , vi-vit verò in me Christus: tollítque crucem suam , & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est is sequitur Dominum crucifixum. Aut quam dabit homo commutatiōnem

nem pro ánimā sua? Pro Israēl datur commutatio Ægyptus, & Æthiopia, & Syêne: pro ánimā humána illa sola est retribútio, quam Psalmista canit: Quid retribuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Cálicem salutâris accipiam, & nomen Dómini invocâbo.

**R.** Martyr Dei gloriôsus supplicia constánter sustínuit, \* Et per immani-tatem tormentórum ad societâtem Angelórum pervénit. **V.** Cujus intercessio nobis obtineat véniā, qui gloriôsam consecûtus est palmam. Et per.

### Lectio viii.

**F**Ilius enim hóminis ventûrus est in glória patris sui cum Angelis suis. Petrus ad prædicationem dominicæ mortis scandalizátus, sententiâ Dómini fuerat increpátus; provocáti sunt dis-

cípuli, ut abnegárent se, & tollerent crucem suam, & moriéntium ánimō se queréntur magístrum. Grandis terror audiéntium, & qui possit príncipe Apostolorum pertérrito etiam áliis metum injícere. Idcírcò tristibus læta succédunt, & dicit: Filius hóminis ventûrus est in glória Patris sui cum Angelis suis. Tímes mortem, áudi glóriam triumphantis: verêris crucem, ausculta Angelórum ministéria.

**R.** Sicut abundárunt passiônes Christi in beáto Mártyre, ita & per Christum abundávit consolá-tio. \* Sic qui passiônum ejus fuerint socii, erunt & consolationis. **V.** Constánter passus pro Christo Vincéntius solámen in poenis, & ætéerna demùm consecûtus est gáudia. Sic qui. **G**lória Patri. Sic.

**Le-**

## Lectio ix.

**T**unc, inquit, reddet unicuique secundum ópera ejus. Non est distinctio Judæi & éthnici, viri, & mulieris, páuperum & dívitum: ubi non personæ sed ópera considerantur. Sed quia terrórem Apostolôrum spe medicári volúerat promissórum, dicens: Fílius hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis: ínsuper auctoritáte júdicis áddita, & reddet unicuique secundum ópera sua: póterat Apostolôrum tácita cogitatio istiúsmodi scándalum sustinére: occisió nem, & mortem nunc dicis esse ventúram: quod autem promítis te affutûrum in glória Patris cum Angelôrum ministériis, & júdicis potestâte, hoc in dies erit, & in témpora longa differêtur. Prævidens ergo occultôrum cō-

gnitor, quid possint objícere, præsentem timorrem præsenti compénsat præmio. Quid enim dicit? Sunt quidam de hic stántibus, qui non gustábunt mortem donec vídeant filium hóminis viéntem in regno suo: ut qualis est póstea ventúrus ob incredulitatem vestram præsenti témpore demonstrétur.

**T**e Deum laudâmus. 29.

DIE ALIQUA FEBR.

non impedita.

In festo S. Anastasii Mártyris. Semidup.

Omnia de communi unius Mártyris præter ea, quæ hic habentur.

Oratio.

**A**d Désto Dómine suplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cog-

cognoscimus, beati Anastasii Martiris tui intercessione liberemur. Per Dominum nostrum.

**In primo Nocturno,**  
**Lectiones de Scriptura**  
ocurrente.

**In secundo Nocturno.**

**Le<sup>c</sup>tio iv.**

**A**nastasius Persa Monachus Heraclio Imperatore, cum sanctam Jerosolymorum terram visitasset, ad Cesarēam Palestinæ pro Christi religione vincula & verbera constanter perpessus est. Mox à Persis ob eamdem causam variis cruciibus affectus, à Rege Chōsroa, unā cum septuaginta aliis Christianis, securi percūtitur. Cujus reliquiae primū Jerosolymam ad monastrium, in quo monasticam vitam professus erat, deinde Romam delatae, collocā-

tæ sunt in monastério ad Aquas Sálviás.

**P.** Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductóribus tutavit illum: \* Et dedit illi caritatem æternam. **V.** Descenditque cum illo infóveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

*Serm. 44. de Sanctis.*

**Le<sup>c</sup>tio v.**

**T**Riumphalis beati martyris Anastasii dies hodiè nobis anniversaria celebritate recurrunt: cuius glorificationi sicut congaudet Ecclesia, sic ejus propônit sequenda vestigia. Si enim compatimur, & conglorificabimur. In cuius gloriioso agone duo nobis præcipue

puè considerándā sunt, indurâta videlicet tortôris sævitia , & Mártyris invicta patiéntia. Sævitia tortôris , ut eam detestemur : patiéntia Mártyris, ut eam imitêmur. Audi Psalmistam advérsùs malítiam increpántem : Noli æmulári in malignántibus : quóniam tamquam foenum velóciter aréscent. Quòd autem advérsùs malignántes patiéntia exhibénda sit , áudi Apostolum suadentem : Patiéntia vobis necessária est , ut reportêtis promissíones.

**V.** Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei Dómino , \* Et voluntâte labiorum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiōnibus dulcédinis posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretioso. Et voluntâte.

## Lectio vi.

**C**Oronâta ítaque est beáti Mártyris patiéntia , mancipâta est ætérnis cruciátibus tortôris incorrécta malitia. Hoc atténdens in agône suo gloriósus Christi athlêta , non exhórruit cárcerem. Ad imitationem cápitis sui tolerâvit probra , sustinuit irrigíones, flagélla non tímuit : & quot ante mortem pro Christo pétulit supplícia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod enim propinante Apóstolo biberat, altè retinébat : Quia non sunt condignæ passiónes hujus témporis ad futuram glóriam , quæ revelabitur in nobis. Et quia momentáneum hoc & leve nostræ tribulatiōnis, ætérnum gloriæ pondus operâtur in cælis. Hujus promissiōnis amôre à terénis suspensus , & prægustáta supérnæ suavitatis

I